

VITTORIO EM. III

FONDO PIZZOFALCONE



NAZIONALE

B. Prov.

BIBLIOTECA

XI
34

VITT. EM. III

NAPOLI

BIBLIOTECA PROVINCIALE

Armadio



Palchetto

Num.° d'ordine

7.

~~24-B-26~~

113
H
29

B. Prov
XI
34

99



TRACTATUS DE ECLIPSIBVS

I. O. ANTONII GIVFFI V. I. D.
PANORMITANI.

Per quem videtur, quid debent considerare in
pronosticatione Eclipsium,

Quando incipit suos producere effectus, quantum durat
emphasis deliquiorum, & in quo tempore erit
maioris suae fortitudinis.

*Quomodo inuenitur Dominus, seu Dispositor Eclipsis, in quibus
Terris, & Prouincijs contingat effectus Eclipsis, & in
quo genere rerum, & si erit bona vel mala.*


Et quid significat dicta Eclipsis in quolibet signo, & de nonnullis
alijs rebus digne merentibus.



NEAPOLI. MDCXXIII.

Ex Typographia Otauij Beltrani.

SVPERIORVM PERMISSV.



BY APPOINTMENT TO HIS MAJESTY

Illustrissimo, & Excell.^{mo} Domino

D. TIBERIO

CARRAFAE

BISINIANI, ET SCILICET

PRINCIPI



Sancti Marci Ducis, Tricarij, Clarimontis, Alti
montis, Coriolani, Nicotare, & Sina-
polis Comiti,

Duci Cataphractorum, & Magho Hispaniarum.

Ioannes Antonius Giuffus V. I. D. S. P. D.



VESITVM aliquando est, Princeps
Excellentissime, à magnis viris, & minimè
tamen adhuc planè videtur explicata deli-
beratio, vtranam ex ijs artibus, quæ inter
liberales cæteras omnium consensu excel-
lunt, litterarum, scilicet scientia, & rei militaris præstantia,
vera, inquam, ex his ipsis illustrior, vera magis hominibus
experenda. Et quidem, vti otium, & pax, sine quibus lit-
teræ non consistunt, armis comparantur: ita nec ipsa feli-
citer satis arma tractantur, nisi adsit illa, quæ magna ex par-
te à literis petuntur, consilium, ordo, prudentia. Hinc
constat, quæ nationes bellica gloria claruerunt, in iisdem.

quisse studia doctrinae; ut in Graecia, quae Persarum in-
 merabiles exercitus, non modo sustinuit, verum etiam
 egit, ac profligavit. Romana vero Gens, quae fuit
 quam gens, aut belli gerendi scientia, & fortitudine præ-
 nior, aut ijs præcipue litteris, quae rudes animos huma-
 nitate informant, exculta diligentius? hinc illa manus
 uicem excellentium, qui Romani terminos Imperij quam
 agissimè protulerunt. Agè Licurgi, Alexandri, Cæsaris,
 primumque præclarissimorum, tum latinorum, tum exte-
 rum ducum, tot victoriarum, tot militaria decora vnde flu-
 unt, si quis animaduertat attentius, non exiguam bellicæ
 gloriæ sibi vindicare prospiciet. Ex qui-
 s omnibus quam difficilis propositæ questionis sit eno-
 tio declaratur; vnde nec ego temere meum ausim iudi-
 um interponere. Illud vnum admonuerim, non solum
 vna ciuitate, aut in vna etiam gente multos; sed vix in
 singulis familijs singulos, qui vtranque laudem adamaue-
 rit, & in vtraque pariter excelluerint, reperire difficillimū
 esse. In tua vna Illustrissima Carrafortum Gens, Princeps
 excellentissime, non vnum, aut alterum eximia huius glo-
 riæ participem licet contemplari; omnium siquidem in ea
 virtutum, mirabilis in omni ætate fuit exercitatio; ita ve
 singulorum laudes sigillatim recensere, ob multitudinem
 onerosum, & ob manifestissimam apud omnes notitiam,
 superuacaneum. Sed quis præcipue, bellica laude, armo-
 rumq. gloria illustres viros, ducesq. præclarissimos enu-
 meret? quis vasto licet volumine comprehendat? sciant
 indique celeberrimis laudibus historiae; nec tamen ita, ut
 eorum merita laudes illæ satis adæquare videantur; sed
 vix dicam, adæquare, cum nec laudum quidem initium
 attingere possint? ea enim est tuae gentis antiquitas, atque
 nobilitas; ut hominum, scriptorumq. memoriam, clarissi-

ma illius originē prætereat. Sunt, nec modicæ fidei scriptores, qui ex antiquissimo Bosniæ regno, quod inter Poloniæ, & provincias nostra tempore recensetur, ex nobilissima stirpe Korzacz, ex duobus Bibeb, qui Bonifacio historico teste Ungariæ Reges quondam fuerunt, præclarissima tuæ gentis germina erupisse testentur, quod & nomen ipsum, Korzacz, quod eorum lingua idem, quod italicè Carrafa, sonat, comprobare videtur. Huius Regiæ scriptis insignia decora, nobilitatem, gloriam in tua Carraforum gente, & in tua præcipuè Domo, non solum receptam, conservatam, sed & in dies auctam ad nostra usque tempora conspicimus; & cum nobilitate, regium quoque animum, fortitudinem, bellicamque virtutem hereditario iure propagatam, ut nec nomina quidem illustrium militum, clarissimorumque ducum, nec dicam res præclate gestas, magnæque facinora recensere absque temeritatis nota quis possit. Hinc profecto, ex bellica scilicet virtute, tanta opum copia, tot Terrarum, Oppidorum, urbiumque ditiones, tot dominia, & tot illustres tituli, tot insignia, quæ te inter ceteros huius amplissimi Neapolitani Regni Principes adeo offerunt, effluxere. Neque verò militaris tantummodo gloriæ alis, sed sapientiæ quoque, ac litterarum pennis ad cælos usque tua est euectâ nobilitas, ut non facile iudicem in tua gente, plus ne virtutis in bellis, an in pace sapientia contuerit. Testatur hoc non exiguus Illustrissimorum pariter, ac doctissimorum, purpuratorum numerus (ut eruditissimos Presules, Episcopos, Archiepiscopos ferè innumerabiles præterea) testatur semper beate memoriæ Paulus IV. Pont. Max. vetè sanctissimus, ac sapientissimus Christiani gregis pastor, cuius sacræque, æque, ac sapientiæ fulgoribus, non tua tantum familia, sed tota etiam Christi Ecclesia illustratur. Testatur tot Regum, Imperatorum

torum, summorumq; Pontificum, Nuncij, summi Consi-
liarij, Prouinciarum, Regnorumq; Præsides aliq; innume-
ri literarum gloria priuatim clarissimi, conspicuique viri,
quibus omni ætate tua gens floruit abundantissime. Hæc
est in tua stirpe, Magnæ Princeps, virtutis, & gloriæ, ar-
marum, litterarumq; ministerio partæ, perpetua multorum
sæculorum serie, quasi per manus tradita, & ad te ipsum
vsq; conseruata hereditas. Vides à quibus viris originem
ducas; neque verò vides tu quidem, sed non imitaris, aut
imitaris quidem, sed non assequeris; quando te vnum hæc
nostræ impetate, celebrant vniuersi, quem verè Fenicem
inter omnes Europæ Principes mihi liceat appellari, qui
vtrinq; gloriam, armorum scilicet, & sapientiæ, quod tam
rarò, tamq; difficulter inter homines euenire superius ad-
monuimus, tam strenuè sequutus, tamq; mirabiliter ade-
ptus es, vt omnium plausu, atque admiratione inter cæte-
ros nostri sæculi Principes præfulgeas, quanquam enim tibi
maximè propositum sit militare decus, vnde primum tuæ
gentis nobilitas fluxit, magni tamen facis earum doctrina-
rum studia, quæ si absint ab hominum vita, simul absit om-
nis humanitas. Nec in te vno solum virtutem foues, ani-
mòq; prosequeris, sed & in alijs etiam liberales disciplinas
præmijs semper extulisti, atq; ornasti amplissimis faues in-
genijs nihil deesse litteratis hominibus, nullum commodum,
nullum ornamentum pateris; cum vel maxime pro ea, qua
excellis eruditione accertimus sis ingeniorum estimator, &
naturæ quodam impulsu ad beneficentiam magnopere
propendeas. Cuius virtutis pariter, ac liberalitatis fama
longinquas regiones peruagata, remotissimas, & gentes
euocauit, multosq; aliqua modo virtute, nobiliue arte insi-
gnes ad te produxit. Hæc ipsa me quoque ita in tui amo-
rem, ac obseruantiam cæpie allicere, vt à Siculis vsq; pa-

tristis oris ad te euocarit, atq. haec tuis laudibus incendit,
vt statuerim tibi quidem primum deinde etiam alijs, aut
meum inpe celebrando ingenium, aut certe voluntatem
aliquando ostendere. Quare cum hac iam increbrante
consuetudo, vt de quibus optime semper, ijs dicere esse,
& eorum nomine insigniri nostra scripta cupimus, tuo
nomini inscribendum hoc meum qualecunque. Astrolo-
gicum opus putavi de Eclypsis. Et cui profecto magis
consulto Astrologiæ tractationem dicarem; quam tibi (Ex-
cellentissime Princeps) qui inter cætera scientiarum orna-
menta, hac præcipue facultate ita præcellis, vt maxima om-
nium, præcipue doctorum hominum admiratione, inter
populorum regimina, iuraq. subditorum, grauesq. tuæ tam
ingentis ditiois, atque dominij occupationes, breui ad
eum huius artis culmen pertingere visus sis, ad quod mul-
torum annorum curriculo studiosissimus quisq. vix perue-
niret: Quam laudem inter tot tuas præclarissimas, non
vltimo loco recensendam censeo; hæc enim ars, vt neces-
sitatibus hominum, & vitæ rationibus semper vtilissima,
sæpe etiam salutaris existit, ita tot, tantisq. difficultatum
obuoluitur tricis, vt eius cognitio paucis sit concessa mor-
talibus, verumq. in hac disciplina, quod in prouerbio dici-
tur, comprobetur: Non omnibus contingit adire Corin-
thum: vnde fit, vt quò pauciores sunt, qui eam assequun-
tur, qui assequitur eò maximè sit laudandus, & quia rara
eius cognitio est, singulare habendum sit Artificis ingenij.
Non mediocris ergo tua laus (Excellentissime Princeps)
qui vnus admirando exemplo inter nostri sæculi Principes,
hanc scientiam ex omnium ingenijs penè labentem excipis,
benignitate subleuas, continuo studio foues, atq. tueris.
Hæc igitur omnia, tuo vt nomini liber inscriptus exiret,
effecerunt. Excipe ergo hæc meas astrologicas lucubra-
tiones,

TRACTATUS DE ECLIPSIBVS

IO. ANTONII GIUFFI V. I. D.
PANORMITANI.

Per quem videtur, quid debent considerare in
pronosticatione Eclipsium,

Quando incipit suos producere effectus, quantum durat
emphasis deliquorum, & in quo tempore erit
maioris lux fortitudinis.

Quomodo inuenitur Dominus, seu Dispositor Eclipsis, in quibus Terris, & Prouincijs contingat effectus Eclipsis, & in quo genere rerum, & si erit bona vel mala,

Et quid significat dicta Eclipsis in quolibet signo, & domo, & de nonnullis alijs rebus digne merentibus.

In pronosticatione Eclipsim quatuor principaliter
sunt consideranda.

RIMVM illorum est determinare in
qua Prouincia, vel qua Ciuitate accidet il-
lud accidens, quod denotat Eclipsim particu-
laris, hoc est Eclipsim, qua magis particula-
riter significat accidens illud contingere in
vna secta, quã in alia; nam alie sunt Eclipses cum vir-
tute magna planetarum, & stellarum, ita quod significat
B magna

magna accidentia, & durabilia & accidunt in multis prouincijs, & omnis ecclipsis contingens postea significat particulariter additionem, & diminutionem in cõparatione ad maiorem & accidet plus in vna parte vel seña.

Secundum vero, est dicere in quibus rebus continget effectus, scilicet vel in genere hominis, vel bovis, vel aliorum.

Tertium est, dicere quando accidet effectus, vel ecclipsis aliorum & quam diu durabit.

Quarto, promittit dicere cuiusmodi accidens sit futurum, quod significatur per ecclipsim, siue bonum, siue malum.

Et sic considerare oportet tempore ecclipsis vires planetae dominantis, nam non ecclipsis sed illius significatio apparebit.

Scias etiam quod sunt in mundo multa incommoda quando erit in vno mense utriusque luminaris ecclipsis, & praecipue in his locis quibus est significatio eorum spectalis.

Ita etiam oportet considerare ecclipses anni tam lunares, quam solares, & scire ascendens medie ecclipsis, & eum planetam qui praesuerit eidem ascendenti, & eius figura, qui si fuerit malus, significabit impedimentum, & destructionem, si vero fuerit (ut vocant) fortuna, seu planeta beneficus, significat aptationem.

Scito, quod in ecclipsis Solis, non potest fieri quin significetur aliquod magnum accidens secundum quantitatem ipsius ecclipsis. Scientia autem eorum quae accidunt de ecclipsis Solis, est, ut scias ascendens medie ecclipsis, & planetas vincentes si per figuram ecclipsis, quod si fuerint malefici, significant malum & detrimentum, & mortem (ut dicunt) & si fuerint fortune, significant fortunam, & aptationem rerum.

Ecclipsis Solis vel Lunae quando fit si benefica dicitur ecclipsis aspiciat, malum diminet, malefica vero quum aspexerit amplius

amplificabit illud & minuet fortunam.

Eclipsium luminarium quædam tunc, aut etiam antequam
eueniant imbres afferunt quædam siccitatem multam,
alia terræ motus, alia sterilitatem, quædam incendium.

Nulla eclipsis omnino toto orbi penuriam, aut pestem præ
nominare potest, pestis autem ex his quatuor annis durare
numquam potest.

Eclipses si fiunt in terreis signis, videlicet in Tauro, Virgine
vel Capricorno sterilitates pertendunt ob siccitatem, & si in
aqueis, videlicet Cancro, Scorpione vel Pisce ob imbrium abũ
dantiam sterilitates expectes, & si in æreis, videlicet Ge
mini, Libra vel Aquario ventos ac seditiones pestilentiam
etiam sed non semper, & si in igneis, videlicet Ariete Leo
ne vel Sagittario bella, incendia, & alius multos.

Idem intellige de Cometis.

Luminarium eclipses illos potissimum inficiunt, regionũ, ciui
tatum & opidorum incolas, qui deliquit ipsius signo aut
quatrato, vel oppositione subijciuntur.

Eclipses luminarium super ciuitates provincias, & regna
magis quam super priuata conditionis homines, aut etiam
super Reges, respiciunt enim multitudinem.

Eclipses magnæ cum multiplicantur in aliqua regione, suc
cedit plerumque sterilitas sequentibus annis, refrigeratur
enim terra & exsiccatur. Quod si cum hoc imbres copio
se aut inunudationes successerint quæ acuto nimium fri
gore persepe euenire solent, tunc fames dura succedit.

Eclipsis Solis, vel Lunæ; si in florentem arborem incidat,
eius fructus eo anno affert penuriam.

Eclipsium Solis effectus potentes sunt, unde si inflorentem
messem incidant sterilitatem afferunt.

Scito etiam quod quando Sol, vel Luna; fuerint Hylech ali
cuius nati, & obscuratus fuerit, significabunt ei cuius sue

vint hylech maximum vita periculum, vel infirmitatem magnam, nisi fortuna aspexerint.

Eclipsis Solis in quouis loco ubi fuerit cauda draconis in natiuitate, si fuerit in eodem gradu, eo anno minatur letalem morbum.

Eclipsis si ceciderit in aliquo Angulo natiuitatis, & maxime in ascendente in ipfomet gradu minatur mortis periculum.

Gr. deliquiorum, & omnes anguli eorum, abscindunt. Et sic si aliquis angulus deliquij, vel ipfemet gradus deliquij ceciderit in Horoscopo alicuius nati interficit eum. Dicunt Astrologi quod vini interficiunt eum.

Eclipsis Solis, vel Luna si ceciderit in gradu Horoscopi, aut luminaris precipue conditionarij, siue locis apheticis partiliter, aut non longius quam tribus gradibus ita genitis mortem, aut morbum veterinum, periculofamque egritudinem denunciarent, precipue si luminaria ipsa ab hostilibus maleficarum stellarum radijs percussa fuerint.

Si pluribus quam tribus gradibus abierint ab ortiuo cardine e locis luminariu huiusmodi celorum maligni afflatus euanescent proflus, aut si quidpiam fortasse mali decernerent, metus accidet nato, vel aliquid detrimenti potius, quam vita discrimina.

Eclipsium loca, aut opposita nodusque meridianus, si acciderit in prima domo natiuitatis, aut locis luminarium, precipue conditionarij, natus ille in maximis versabitur vitę periculis, que magna cum difficultate euitari poterunt, imo e vita periclitat, si anni illius Rex, & Horoscopi dominus, & diuisor in utroque themate natalis, scilicet & reuolutionis fuerint male affecti, si bene nutu Dei euadet.

Cum gr. ascendens est vita significator, tunc vide si profectio

Effectio eius, id est ascendenti. venit ad gr. eclipsis significat
 tur mors.

Hilech, vel pars fortune si est vita significatrix, si ad gra-
 dum eclipsis applicuerit significatur mors.

Scias certe, & dicant quicquid voluit Astrologi, & exper-
 tus sum in hoc, & pluries veritatem inueni, quod eclipsis

omnem inter quam & natum diuidit alia. Coniuncti. vel
 Oppos. existens in medio non timeas, quia non erit in eo

significatio aliqua virtus, & hoc non obstante q̄ dicitur gr.
 eclipsis cadit in gr. horosc. aut luminaris conditionarij,

sive locis apheticis particulariter. Planetæ occidentales, vel sub radijs, aut retrogradi minu-
 unt futura.

Planetæ orientales, vel stationarij augent futura.

Planetæ matutini erga Solis deliquia augent.

Planetæ vespertini erga Lunæ deliquia augent.

Planetæ vespertini erga Solis deliquia minora omnia red-
 dunt.

Planetæ matutini erga Lunæ deliquia minora omnia red-
 dunt.

Planetæ autem in Oppos. dimidium demunt.

**Quomodo inuenitur tempus, quando luminarium
 Eclipses incipiunt suos produ-
 cere effectus.**

Prosciendo quando accidens eclipsis incipiet suos produ-
 cere effectus, dico, q̄ si locus eclipsis fuerit in parte ori-
 entali Horizontis, id est in 4. prim. horis in equalib⁹ die

vel

vel noctis, tunc accidens incipiet in quatuor primis annis si erit eclipsis Solis, vel in quatuor primis mensibus si erit eclipsis Lunæ, & erit maior fortitudo ascendens in prima tertia temporis totius in quo erit, significatio enim eclipsis non potest durare ultra 12 annos in eclipsi Solis & 12 menses in eclipsi lunari, & sic ab hora eclipsis, annos, sic ab eclipsi Lunæ horis, menses cupit.

Si autem in parte medij celi fuerit eclipsis, id est, si elapsis quatuor primis horis fuerit eclipsis in quatuor horis sequentibus, tunc incipiet accidens post quatuor primos annos si erit eclipsis Solis, vel post quatuor primos menses si erit eclipsis Lunæ & erit in quatuor annis secundis vel mensibus, & in tertia media totius temporis erit maior fortitudo accidentis.

Quod si fuerit in occidentali parte horizonis, id est, in ultimis quatuor horis diei vel noctis fuerit eclipsis, incipiet accidens post opposit. annos, si erit eclipsis Solis, vel post opposit. menses si erit eclipsis Lunæ, & erit in quatuor succedentibus annis, vel mensibus postremis, & erit maior fortitudo accidentis illius in ultima tertia temporis, quo durabit significatio.

Particulares autem augmentationes, & diminutiones accidentium futurorum deprehenduntur ex Coniunct. & opposit. que sunt post eclipsim, que significant accidens & hoc si illo Coniunct. vel opposit. fuerint in locis que sunt futurorū occasiones, ut sunt loca eclipsis, vel in locis particularibus, cū illis locis in figura, id est si Coniunct. vel Oppos. que sunt in loco accidentis, vel que cum loco accidentis concordant, ut dictum est mouent opus primum, & illud inclinant ad opus bonum vel malum secundum illum qui dominatur in eis. Nam si dominans in tali Coniunct. vel Oppos. fuerit contrarius dominantis in eclipsi vel in

vel in loco sibi contrario, si tunc secundus fuerit fortior tunc faciet primum virtutem suam amittere. Et si secundus concordat cum primo, augebit virtutem primi, & si discordat debilitat & minuit opus suum, iuxta proprietates diuersitatis, & hoc intellige si tempus secundi concordat cum tempore accidentis primi. Vnde si unus operetur alio tempore, quam alius nihil addet nec minuet, & postquam ita est in Coniunct. & Oppos. multo magis est in eclipsibus & in Coniunct. magni, quia unus potest facere quod alius virtutem suam amittet, vel augebit in ea.

Item augmentia & minuentia huiusmodi accidens sunt loca planetarum, per quos futura contingunt, & qui dominatur in accidente, ut scilicet si fuerint orientales & occidentales, seu stationary aut noctis principio ascendentes, siue si figuratiter aspiciant signa, quae sunt occasiones futurorum, seu accidentis illud efficiencia. Si enim sint orientales seu stationary augent accidens, cum vero occidentales, vel sub radijs steterint, vel ascendentes in vespere aut retrogradi, futura minorabunt, id est, quando planeta sunt festini cursus venis citius opus eorum, & quando sunt tardi, tardius, & qui sunt in angulis & orientales, augent in virtute accidentis, & cum fuerint occidentales & in cadentibus, minuunt de accidente, & cum fuerint in succedentibus, mediocriter operantur.

Item quod quando malo modo existunt mala opera operantur, alta maniera quam habent per naturam, & operum virtutes erunt secundum seruisia sibi contingentia, nam videmus quod malum Satur. & Mart. multum crescit quando stant male.

Item accidentia uniuersalia contingunt per virtutem Solis & Luna, quando mutatur in aliam virtutem magnam. Nam quando coniunguntur in Ecclipsi super uno puncto
 amba

ambæ virtutes sunt commixte; & peruenit ad nos una
 virtus mixta per rectam lineam. Illud idem contingit
 in Oppos. eclipsis, quando virtus cuiuslibet eorum perue-
 nit ad terram per unam rectam lineam, quando transit
 per dua centra eorum; & per terram, & de eis fit mix-
 tio, & super omnes virtutes stellarum hora qualibet cõ-
 miscntur. Accidit tamen, quod alia hora est fortior cõ-
 mixtio, & alia hora debitor, & virtus specialis tendit
 ad virtutem Stelle maioris posse, unde in eclipsi concur-
 rit similiter virtus illarum stellarum, & fit tunc virtus
 magna, unde illa virtus tunc magis tendit ad eclipsim.
 Et manifestum est, quod cum hora eclipsis alia fuerint stel-
 le coniuncta, cum aliquo duorum luminarium, vel ambo-
 bus, aut in Oppos. eorum virtus ipsarum stellarum ve-
 nit cum recta lineâ, que venit virtus luminaris, & iaco-
 erit virtus maior, sicut est, si accidat cum eclipsi Con-
 iunct. Saturni, & Iouis quando mutatur de vno trigone
 in alium, id est, directe de vna triplicate in aliam,
 tunc enim peruenit accidens magnum, eo quod opus Sa-
 turni & Iouis est magis opere aliorum planetarum, pre-
 ter luminarium, & ideo componitur virtute illius Con-
 iunctionis, & eclipsi virtus quedam magna, & maior,
 quam ut illa Eclipsi, vel coniunctionis per se.

Vterius dico quod absolute, quanto magis miscntur virtu-
 tes celestes, & quanto maior ipsa coniunctio fuerit, tam-
 to maiora significant ipsa accidentia, & durabilitatem,
 & renouationem rerum grandium, & cum annis mul-
 tis accidentia, illa durabunt.

Item accidentia, que sunt in hoc mundo, quedam sunt ma-
 iora, quedam minora; maiora sunt bella, pestilentia, sa-
 mes, diluua, terremotus, & huiusmodi; minora verò ac-
 cidens sunt illa, que in temporibus anni accidunt, &

augmen-

augmento, seu detrimento calorum, seu frigorum, aut
 vētorum, pluuiarum quoque, & siccitatum, quae omnia
 accidentia tam maiora, quam minora ex ecclipsi lumi-
 narium sciri possunt, qualiter futura vniuersalia gene-
 raliter pronosticabimus, oportet, ut ea, per quae futura
 generalia in terris, & Regionibus accidunt praemitta-
 mus. Prima igitur, & fortior illorum accidentium ge-
 neralium occasio non nisi ex eccliptica Solis, & Luna
 Coniunct. ac Opposit. nec non ex motibus planeta-
 rum in ipsis horis contingit, & Stationes etiam trium
 superiorum multū conferunt in Regionibus huiusmodi.
 Ecclipsis non eadem hora apparet in omnibus Regionibus,
 nec equaliter durat in omnibus Regionibus; Si sit eccli-
 psis Solis, ideo de omni tali ecclipsi oportet considerare
 horas aequales, seu durationis, respectu cuiuscunque Re-
 gionis, in qua accidens illud continget, & ponere angu-
 los secundū altitudinē Poli, idest ab ascendente initij ec-
 clipsis sciemus, quando incipiet effectus, & ab ascenden-
 te medij ecclipsis sciemus, quando erit maior fortitudo
 ipsius, & ab ascendente finis ecclipsis sciemus, quando
 complebitur illud accidens. Et ab ascendente Coniunct.
 vel Oppos. sciemus planetam qui dominabitur in ec-
 clipsi.

Scito tunc igitur respectu cuiuscunque Regionis, per quot
 horas aequales durabit ecclipsis, quia per tot annos du-
 rabit accidens, si ecclipsis sit Solis, vel per tot menses,
 si ecclipsis sit Luna, cuius causa est, quia Sol in anno
 & Luna in mense circulos suos peragant.

Et quod respiciemus ad dominos cuiuslibet praedictarum
 constellationum, scilicet in principio, medio, & fine
 ecclipsis, semper proportionando, verbi gratia, si
 in principio dominetur fortuna aliqua; & in eadem

ecclipsi dominatur in fortuna, dicemus, quod principium
accidentis commiscebitur in bono, & malo. Et si domi-
nabitur in principio infortuna, erit damnum in princi-
pio maius; ita dicemus in alijs accidentibus ecclipsis.

Sed hac est res propria cuiuslibet ecclipsis per se quando-
cunque tamen ecclipsis aliquid iungetur, tunc durabit
accidens secundum illud, verbi gratia, si cum ecclipsi sit
coniunctio Saturni, & Iouis in eodem gradu; si fuerit
principium mutationis grandis accidentis, quantum
scilicet a luminaribus contingeret multiplicandum per
mille annos, & durabit accidens, tantum; vel circa,
& duplicabis illos in menses si fuerit ecclipsis lunaris.

Et si coniunctio non fuerit principium magnae mutationis,
durabit annos sexaginta, vel magis secundum quod
fuerit numerus, quando redibit ad illud met signum: Et
secundum hoc facies in omnibus coniunctionibus, & ap-
plicationibus, quae sunt cum ecclipsi, vel in oppositione
eorundem.

Nam postquam commixtio virtutis Solis cum virtute
Luna in ecclipsi facit accidens durare annos si ecclipsis
sit Sol, vel menses, si sit Luna secundum numerum, quo
uterque eorum circuit firmamentum, convenit, quod
quando cum illa virtute ex luminaribus sit commixtio,
si commiscebitur virtus aliorum planetarum, aut stella-
rum fixarum, de modo, quod de toto fiat alia comix-
tio, & tempus accidentis durat secundum quod fuit ipsa comix-
tio, aut decenis, aut centenis, aut millibus annorum
tamen planetae, qui coniunguntur cum Sole, perdunt
virtutes, & nihil operantur.

Et cum accidunt cum ecclipsi applicationes aliae mutabunt
ad maius tempus, & in tam longo tempore accidunt
ecclipses, & coniunctiones, quae significabunt contrarietate
huius primi magni. Et

Et possint accidere eclipses multe, qua affirmabunt significationem primam, & augebunt, & tunc oportet accipere iudicium unius in comparatione alterius, & miscere unum cum alio, & secundum virtutem quam vincentem inueneris iudicare. Exemplum ponamus, & fit eclipsis lunaris, & coniunctio Saturni, & Iouis cū eo gradu per gradum, & quod coniunctio hæc sit principium grandis mutationis, & durat eclipsis tribus horis equalibus, qua significat tres menses, qua sunt quarta unius anni, & cum eas multiplicabimus in mille annos, quia in annis tot reuertitur coniunctio mutationis ad primum signum, quo incepit, & exhibit numerus ducentum quinquaginta annorum.

Et propterea debes videre qualiter coniunctio mutat significationem eclipsis lunaris, de mensibus ad centenaria annorum, & si cum eccleipsis in coniunctione accident alie applicationes planetarum centenaria mutabuntur ad tempus maius.

Eodem modo facies, si coniunctio Saturni, & Iouis fuerit cum eclipsi Solis multiplicando annos per annos, & tunc resultabunt 3000. anni, & cum acciderunt alie applicationes cum eclipsi Solis mutabunt ad maius tempus, ut dictum est.

Eclipsis Solis, vel Lunæ, quando incipiunt suos producere effectus, & hoc cum facilitate,
& cum sequentibus tabulis.

V Ide per tabulas, seu per Ephemerides in quo anno mense, die, & hora post meridiem fit eclipsis media tam Solis, quam Luna, & in dicta hora fac figuram iuxta regulam.

Postea vide in quo signo, gradu, & minuta est ascen-

dens eclipsis Solis, vel Luna in dicta figura, & dictum signum quare in infra scripta tabula, quæ resoluit signa in suos numeros, & ostendit quot signa integra præcedunt signum datum factò in itin ab Ariete.

Signa	Aries	Ta.	Ge.	Can.	Lc.	Vir.	Li.	Sc.	Sa.	Ca.	Aqu.	Pi.
Num.	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

Postea scribatur in primo ordine numerus signi ascendens eclipsis Solis, vel Luna ex hac tabella depromptus, dein de gr. & min. illius signi ascend. & hoc idē de Sole, vel Luna facies reponendo signa sub signis, gradus sub gradibus, & min. sub minutis. Postea subducas motum Solis, vel Luna à motu ascendens additis ascēdenti 12 signis si commode subtractio absolui non potest, & q̄ ex hac detractioe proueniet, erit distantia Solis, vel Luna ab ascendente eclipsis.

Et primo cum distantia Solis quare in infra scriptis duabus tabulis, & sic una seruit pro signis, & gradibus distantia Solis ab ascendente eclipsis, altera vero pro minutis dicta distantia, & in prima, columnula in manu sinistra quare signa, postea in eadē columnula quare gr. & id q̄ tibi dat in dicta tabula, & in manu dextera erunt anni, dies, hora, min. & sec. sicut titulus d. tab. demonstrat. Et si suprad. distantia Solis, ut supra dictū est, habet etiam min. illa minuta quare in altera tab. quæ seruit pro min. distantia Solis ab ascendente, & hoc in prima columnula, & id quod tibi dat in eadem tab. & in manu dextera accipies, & postea adde cum illis supradictis, quæ accepisti cum sign. & gr. ut supradictum est, & totam summam postea numera à die eclipsis Solis, & ubi terminabitur numerus in illa die, eclipsis Solis incipit suos producere effectus.

De

De toto hoc, quod dictum est, vide exemplum de eclipsi Solis media, quae fit in anno 1621. & in die 20. Maij cum hor. 21. & min. 44. p. m. & facta figura, cum supra dictis hor. & min. p. m. in Polo Panorm. venit signum Leonis in ascendente cum gr. 8. & min. 47. & Sol venit in sig. Gem. cū gr. 0 min. 18. Tota duratio eclipsis Solis erit horarū 2. & minut. 37. Totus dies erit hor. 14. cum. min. 9. & tota nox erit horarum 9. cum min. 51. Et primo facies distantiam eclipsis Solis ab ascendente, & postea facies, quando eclipsis Solis incipit suos producere effectus de isto modo videlicet.

Et primo pro distantia Eclipsis Solis

S. G. l. ab Ascendente.

- | | | | |
|----|------|---|---|
| 4. | 8.47 | Locus ascend. eclip. Solis in Leo. | } Vt sup. dictū est, & cum tab. supradicta. |
| 2. | 0.18 | Loc. Solis, eclip. in gem. sēp subt. | |
| 2. | 8.29 | Distantia Solis a prima, & hoc quere in infra scriptis duabus tabulis, sicut supra dictum est, & venient sic videlicet. | |

Calculus qñ eclipsis Sol. incipit suos producere effectus.

A. D. H. l. ll. ll.

4.	0.	0.	0.	0.	0.	Cum fig. 2.	} Idest cū distantia Solis à prima, vt supra dictum est & cum infra scriptis tabulis adde omnes & venit.	
0.	194.	19.	6.	8.	0.	Cum gr. 8.		
		10.	3.	29.	41.	40.		Cū min. 25
		1.	14.	57.	33.	4.		Cū min. 4.

ad cōplimentum min. 29. }
 4. 206. 13. 33. 22. 44. Sūma omnium & hoc numerā eclipsis Solis, idest, à die

20. Maij. 1 6 2 1. & terminabitur in die, 13. in circa Decemb. 1625. Et sic d. ces, quod effectus eclipsis Solis, quae fit in anno 1621. & in die 20. Maij incipit suos producere effectus, in anno 1625. & in die 13. in circa Decem.

Tabula

Tabula pro signis & Gradibus
stantie Sol. à Prima.Tabula pro minutis dif-
stantie Sol. à Prima.

S.	G. A. D. H. A. //					D.	H. L. //				
	1	2	3	4	5		6	7	8	9	10
0	0	24	8	23	16	1	0	9	44	23	16
0	2	48	16	46	32	2	0	19	28	46	32
0	3	73	24	69	48	3	1	3	13	9	48
0	4	97	32	93	64	4	1	14	37	33	64
0	5	121	40	116	80	5	2	0	41	56	80
0	6	146	48	136	96	6	2	10	26	19	96
0	7	170	56	152	112	7	2	20	10	42	112
0	8	194	64	166	128	8	3	3	35	6	128
0	9	219	72	178	144	9	3	15	39	29	144
0	10	243	80	188	160	10	4	1	23	52	160
0	11	267	88	196	176	11	4	11	8	15	176
0	12	292	96	202	192	12	4	20	32	39	192
0	13	316	104	206	208	13	5	6	37	2	208
0	14	340	112	209	224	14	5	16	21	25	224
0	15	364	120	211	240	15	6	2	3	49	240
0	16	388	128	212	256	16	6	11	30	12	256
0	17	412	136	212	272	17	6	21	34	35	272
0	18	436	144	211	288	18	7	7	18	58	288
0	19	460	152	209	304	19	7	17	3	22	304
0	20	484	160	206	320	20	8	2	47	45	320
0	21	508	168	202	336	21	10	3	29	41	336
0	22	532	176	196	352	22	11	4	11	28	352
0	23	556	184	189	368	23	14	4	33	34	368
0	24	580	192	180	384	24	16	5	35	30	384
0	25	604	200	169	400	25	18	6	17	27	400
0	26	628	208	156	416	26	20	6	39	23	416
0	27	652	216	142	432	27	22	7	41	19	432
0	28	676	224	127	448	28	24	8	23	16	448
0	29	700	232	111	464						
1	0	2	0	0	0						
2	0	4	0	0	0						
3	0	6	0	0	0						
4	0	8	0	0	0						
5	0	10	0	0	0						
6	0	12	0	0	0						

Distantia Sol. à Prima.

Ratio de toto hoc est, quod effectus eclipsis Sol. non potest durare
plus annorum 12. Item quia Sol in anno circulos suos peragrat.

Ecli-

Eclipſis Lunæ quando incipit ſuos producere effectus
& hoc cum facilitate, & cum tabulis ſequentibus

IN anno 1621. & in die 28. Nouembris cum hor. 15.
& min. 48. P. M. fit eclipſis media Luna & facta figura cum dictis hor. & min. in Polo Panormi. Ascendens venit ſignum libræ cū gr. 29. min. 50. & luna reperitur in ſigno Gemin. cū gr. 7. min. 8. tota duratio, id eſt eclipſis lune ſunt hor. 2. min. 13. Argumentū lune ſunt fig. 6. gr. 9. & min. 14. latitudo lune ſunt min. 48. & tota nox in ciuitate Panormi eſt hor. 14. & min. 18.

Et primo facies diſtantiā luna ab aſcendente, ſicut factū eſt de Sole, etiam cum illa tabula, & etiam de eodem modo.

Postea facies, quando eclipſis Luna incipit ſuos producere effectus de iſto modo videlicet, & primo pro diſtantiā Luna ab aſcendente.

Et primo pro diſtantiā Eclipſis Luna
ab Aſcendente.

S. G. I.

6.29.50	Locus aſcend. eclip. Luna in lib.	} Vt ſup. diſtū eſt, & cum tab. ſupradicta.
2. 7. 8	Loc. Lunę eclip. in gem. ſub.	
4.22.42	Diſtantiā Luna a prima, & hoc quere in inſcriptis duabus tabulis, & venient ſic videlicet.	

Calculus, quando eclipsis Luna incipit suos producere

effectus.

D. H. I. II. III. IIII.

243.	11.	52.	40.	0.	0.	<i>Cum fig. 4.</i> <i>Cum gr. 22.</i> <i>Cū min. 4 0.</i> <i>Cū min. 2. ad</i> <i>cōplimērum</i> <i>min. 22.</i>	<i>Idest cum di-</i> <i>stantia Lu-</i> <i>nae ab Ascē-</i> <i>dēte, & cū in</i> <i>frascip. tab-</i> <i>adde omnes,</i> <i>& venit.</i>
44.	15.	22.	39.	20.	0.		
I.	8.	27.	57.	33.	20.		
0.	I.	37.	23.	52.	40.		
289.	13.	20.	40.	46.	0.	<i>Summa omnium, & hoc</i> <i>numera à die eclipsis Lu-</i> <i>na, idest, à die 28. Nouembris. 1621. & terminabitur</i> <i>in die 13. incirca Septembris 1622. & sic dices, quod</i> <i>effectus eclipsis Luna qua fit in anno 1621. & in die</i> <i>28. Nouembris, incipit suos producere effectus in anno</i> <i>1622. & in die 13. incirca Settembris.</i>	



Tota praesentis Tabulae mensura est mensura distantie Lunae à Prima. In sigillo distantia Lunae à Prima.

Distantia Lunae à Prima.

S. Q.	D.	H.	l.	ll.	lll.	iiii.	v.	vi.	vii.	viii.	ix.	x.	x.	x.	x.	x.	x.	x.
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
0	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1
0	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
0	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3
0	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4
0	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5	5
0	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6
0	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7	7
0	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8	8
0	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9	9
0	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10
0	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11
0	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12	12
0	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13	13
0	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14	14
0	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15	15
0	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16
0	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17
0	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18	18
0	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19	19
0	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20
0	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21	21
0	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22	22
0	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23
0	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24	24
0	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25
0	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26	26
0	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27	27
0	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28	28
0	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29
0	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30	30
1	0	121	17	56	20	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
2	0	182	14	54	30	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
3	0	243	11	52	40	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
4	0	304	8	50	50	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
5	0	365	5	49	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0

Ratio de toto hoc est, quod effectus eclipsis Lunae non potest durare plus mensium 2. id est vnius anni. Item Luna in mense circulos suos peragrat.

Futurorum accidentium naturalium tempus ita colligitur.

Quanta temporis inter capedine perdurent effectus deliquorum utriusq. luminaris nulla videtur esse controversia inter omnes genethliacos. & sic ab hora solaris ecclipsis annos, sic ab ecclipsi Luna horis, menses cupis, propter hoc vide duas sequentes tabulas, & sic una seruit pro horis, & minutis totius durationis ecclipsis Solis: altera verò pro secundis.

Idem inuenies pro duratione ecclipsis Luna: id est cum duobus alijs tab. sed diuersis.

Propter hoc vide quot hor. min. & sec. est tota duratio ecclipsis: id est à principio ad finem, & hoc semper inuenies in ephemeridibus, ubi est typus ecclipsis, & illas quere in infrascriptis tab. & in prima columnula in manu sinistra, & in alia columnula in manu dextera, inuenies annos, dies, hor. & min. si erit ecclipsis, Solis, & hoc cum suis tab. Sed si erit ecclipsis Luna erunt dies, hor. min. & sec. & erit tempus quantum durabit effectus dicti ecclipsis: qui tempus debet numerare semper a die quando ecclipsis incipit suos producere effectus: ut supra dictum est. De toto hoc, quod dictum est, vide exemplum.

Pro Ecclipsi Solis.

Tota duratio ecclipsis Solis quæ fuit in anno. 1621. & in die 21. Maii sunt horarum 2. & min. 37. ut per ephemerides videri potest.

A. D. H.

2.	0.	0.	Cum hor. 2.	} Durationis Solis, & cū tab. q̄ seruiunt pro dicto Sole.
0.	225.	2.	Cum min. 37.	
2.	225.	2.	Summa omnium, & sic effectus de bono seu malo ecclipsis Solis durabit per annos 2. dies 225. & hor. 2. P.M. Et hoc numerat a die quando ecclipsis	fis

sis Solis suos incipit producere effectus, idest à die 13. Decembris 1625. ut supra dictum est de Sole, & terminabitur numerus in anno 1628. & in die 26. Julij: & sic dices quod eclipsis Solis incipit suas producere effectus in anno 1625. & in die 13. Decembris, et durat usque ad annum 1628. et in die 26. in circa Julij.

Pro Eclipsi Luna.

Tota duratio eclipsis Luna, qua fit in anno 1621. & in die 28. Nouembris sunt horarum 2. & min. 13. ut per ephemerides videri potest.

D. H. 4.

61. 0. 0. Cum hor. 2. } Durationis Luna, & cum tab.
 6. 14. 36. Cum min. 13. } temporis effectus deliquij Luna.
 67. 14. 36. Summa omnium, & sic effectus de bono, seu malo eclipsis Luna durabit per dies 67. hor. 14. min. 36. P. M. & hoc numera à die quando eclipsis Luna suos incipit producere effectus, idest à die 13. Septembris 1622. ut supra dictum est de Luna, & terminabitur numerus in eodem anno 1622. & in die 19. Nouembris. Et sic dices, quod eclipsis Luna incipit suos producere effectus in anno 1622. & in die 13. Septemb. & durat usque ad diem 19. Nouembris in circa dicti anni 1622.



Tabula Temporis effectus Deliquij Solis
 Pro Horis, & Minutis durationis Eclipsis Solis

H.	V.	A.	D.	H.	H.	V.	A.	D.	H.
0	1	0	116	2	0	37	0	225	2
0	2	0	12	4	0	38	0	231	4
0	3	0	18	6	0	39	0	237	6
0	4	0	24	8	0	40	0	243	8
0	5	0	30	10	0	41	0	249	10
0	6	0	36	12	0	42	0	255	12
0	7	0	42	14	0	43	0	261	14
0	8	0	48	16	0	44	0	267	16
0	9	0	54	18	0	45	0	273	18
0	10	0	60	20	0	46	0	279	20
0	11	0	66	22	0	47	0	285	22
0	12	0	72	24	0	48	0	291	24
0	13	0	78	26	0	49	0	297	26
0	14	0	84	28	0	50	0	303	28
0	15	0	90	30	0	51	0	309	30
0	16	0	96	32	0	52	0	315	32
0	17	0	102	34	0	53	0	321	34
0	18	0	108	36	0	54	0	327	36
0	19	0	114	38	0	55	0	333	38
0	20	0	120	40	0	56	0	339	40
0	21	0	126	42	0	57	0	345	42
0	22	0	132	44	0	58	0	351	44
0	23	0	138	46	0	59	0	357	46
0	24	0	144	48	1	0	1	0	0
0	25	0	150	50	2	0	2	0	0
0	26	0	156	52	3	0	3	0	0
0	27	0	162	54	4	0	4	0	0
0	28	0	168	56	5	0	5	0	0
0	29	0	174	58	6	0	6	0	0
0	30	0	180	60	7	0	7	0	0
0	31	0	186	62	8	0	8	0	0
0	32	0	192	64	9	0	9	0	0
0	33	0	198	66	10	0	10	0	0
0	34	0	204	68	11	0	11	0	0
0	35	0	210	70	12	0	12	0	0
0	36	0	216	72					

Pro

Pro Secundis durationis Eclipsis Solis

I				I				
I	II	D.	H.	I	I	II	D.	H.	I
1	0	0	26		31	3	0	3	26
2	0	4	52		32	3	5	52	
3	0	7	18		33	3	8	18	
4	0	9	44		34	3	10	44	
5	0	12	10		35	3	13	10	
6	0	14	36		36	3	15	36	
7	0	17	2		37	3	18	2	
8	0	19	28		38	3	20	28	
9	0	21	54		39	3	22	54	
10	I	0	20		40	4	1	20	
11	I	2	46		41	4	3	46	
12	I	5	12		42	4	6	12	
13	I	7	38		43	4	8	38	
14	I	10	4		44	4	11	4	
15	I	12	30		45	4	13	30	
16	I	14	56		46	4	15	56	
17	I	17	22		47	4	18	22	
18	I	19	48		48	4	20	48	
19	I	22	14		49	4	23	14	
20	2	0	40		50	5	1	40	
21	2	3	6		51	5	4	6	
22	2	5	32		52	5	6	32	
23	2	7	58		53	5	8	58	
24	2	10	24		54	5	11	24	
25	2	12	50		55	5	13	50	
26	2	15	16		56	5	16	16	
27	2	17	42		57	5	18	42	
28	2	20	8		58	5	21	8	
29	2	22	34		59	5	23	34	
30	3	1	0		60	6	2	0	

Tabu-

Tabula Temporis effectus Deliquij
Lunæ.

Pro Horis, & Minutis durationis Ecclipsis Lunæ.

[H. / D. H. /]					[H. / D. H. /]				
0	1	0	12	12	0	37	18	19	24
0	2	1	0	24	0	38	19	7	36
0	3	1	12	36	0	39	19	19	48
0	4	2	0	48	0	40	20	8	0
0	5	2	13	0	0	41	20	20	12
0	6	3	1	12	0	42	21	8	24
0	7	3	13	24	0	43	21	20	36
0	8	4	1	36	0	44	22	8	48
0	9	4	13	48	0	45	22	21	0
0	10	5	2	0	0	46	23	9	12
0	11	5	14	12	0	47	23	21	24
0	12	6	2	24	0	48	24	9	36
0	13	6	14	36	0	49	24	21	48
0	14	7	2	48	0	50	25	10	0
0	15	7	15	0	0	51	25	22	12
0	16	8	3	12	0	52	26	10	24
0	17	8	15	24	0	53	26	22	36
0	18	9	3	36	0	54	27	10	48
0	19	9	15	48	0	55	27	23	0
0	20	10	4	0	0	56	28	11	12
0	21	10	16	12	0	57	28	23	24
0	22	11	4	24	0	58	29	11	36
0	23	11	16	36	0	59	29	23	48
0	24	12	4	48	1	0	30	12	0
0	25	12	17	0	2	0	61	0	0
0	26	13	5	12	3	0	91	12	0
0	27	13	17	24	4	0	122	0	0
0	28	14	5	36	5	0	152	12	0
0	29	14	17	48	6	0	183	0	0
0	30	15	6	0	7	0	212	12	0
0	31	15	18	12	8	0	243	0	0
0	32	16	6	24	9	0	273	12	0
0	33	16	18	36	10	0	304	0	0
0	34	17	6	48	11	0	334	12	0
0	35	17	19	0	12	0	365	0	0
0	36	18	7	12					

Pro

Pro Secundis durationis Eclipsibus Lunæ.

	H.			H.			H.		
1	0	12	12	31	6	18	12		
2	0	24	24	32	6	38	24		
3	0	36	36	33	6	42	36		
4	0	48	48	34	6	54	48		
5	1	1	0	35	7	7	0		
6	1	13	12	36	7	19	12		
7	1	25	24	37	7	31	24		
8	1	37	36	38	7	43	36		
9	1	49	48	39	7	55	48		
10	2	2	0	40	8	8	0		
11	2	14	12	41	8	20	12		
12	2	26	24	42	8	32	24		
13	2	38	36	43	8	44	36		
14	2	50	48	44	8	56	48		
15	3	3	0	45	9	9	0		
16	3	15	12	46	9	21	12		
17	3	27	24	47	9	33	24		
18	3	39	36	48	9	45	36		
19	3	51	48	49	9	57	48		
20	4	4	0	50	10	10	0		
21	4	16	12	51	10	22	12		
22	4	28	24	52	10	34	24		
23	4	40	36	53	10	46	36		
24	4	52	48	54	10	58	48		
25	5	5	0	55	11	11	0		
26	5	17	12	56	11	23	12		
27	5	29	24	57	11	35	24		
28	5	41	36	58	11	47	36		
29	5	53	48	59	11	59	48		
30	6	6	0	60	12	12	0		

Mior

Maior fortitudo significationis ecclipsis Solis & Lunæ
in quibus tempore precisè erit de supradictis

cto tempore.

De Ecclipsi Solis.

Primo in illo die quando fit ecclipsis Solis accipe horas, minuta, & secunda totius diei, & etiam horas, min. & secunda totius noctis, postea cum dictis hor. min. & sec. totius diei, quære in infra scripta tab. que seruit pro reducendis horis, min. & sec. cuiuslibet diei, & noctis in tres partes, & in prima columnula in manu sinistra, quære supradictas hor. min. & sec. totius diei, & id, quod dat in secunda columnula dictæ tab. numera ab horis, & finis totius noctis, quod est principium diei, & hoc facies per tres vices, addendo semper pro qualibet vice totum id, quod dicta tab. dat, & habebis totum diem diuisum in tres partes æquales, & de isto modo scies quando incipit prima pars, & quantum durat, idem erit de secunda, & tertia parte totius diei.

De Ecclipsi Lunæ.

Sed maior fortitudo Ecclipsis Lunæ sic debet accipere, in illa nocte quando fit ecclipsis Lunæ, accipe horas, min. & sec. totius dictæ noctis, & cum illis quære, in infra scripta tab. que seruit pro reducendis hor. min. & sec. cuiuslibet diei, & noctis in tres partes, & in prima columnula in manu sinistra quære supradictas horas, min. & sec. totius noctis, & id, quod dat in secunda columnula dictæ tab. numera ab horis 24. & est principium totius noctis, & hoc facies per tres vices, addendo sēper pro qualibet vice totum id quod dicta tab. dat, & habebis totam noctem diuisam in tres partes æquales, et de isto modo scies quando incipit prima pars, & quantum durat, idem erit de secunda, & tertia parte totius noctis.

Totum

Totum hoc, quod dictum est de Sole, & Luna vide exemplū
& primum de Sole in die 21. Maj, quando fit ecclipsis so-
lis quantitas diei est hor. 14. & min. 9. Et tota nox est
hor. 9. min. 51 sicut supra dictum est, postea facies sic v3.

Exemplum pro Sole.

H. 1 II

4. 40. 0. Cum hor. 14. } Quod est quantitas diei 21. Maj,
3. 0. Cum min. 9. } & cum infra scrip. tab. q̄ seruit pro
hor. & c. adde omnes, & venit.

4. 43. 0. Summa, idest una pars trium partium horarum,
& min. totius diei, & hoc adde cum horis, &
min. totius noctis, & venit ut infra videlicet.

H. I

Princi-
piū pri-
mæ par-
tis.

9. 51. Hor. & min. finis totius noctis, ut supra dictū est
& principiū diei, & hoc dicitur principiū pri. par.

4. 43. Summa ut supra, idest una pars trium partium
totius diei adde, & venit

Princi-
piū se-
cundæ
partis.

14. 34. Finis pri. partis totius diei, & principiū sec. par.

4. 43. Summa ut supra, quod est secun. pars totius diei
adde, & venit.

Princi-
piū ter-
tiæ par-
tis.

19. 17. Finis secunda partis totius diei, & principium
tertia partis.

4. 43. Summa ut supra, quod est tertia pars totius diei
adde, & venit.

24. 0. Finis tertia partis totius diei, idest ultima pars
horarum totius diei.

Postea hor. & min. P. M. medie ecclipsis Solis ut supra di-
ctum est. reduce in horas horology iuxta regulam, & si
dicta hor. horology cadunt in supradicta prima parte to-
tius diei, dices quod maior fortitudo significati diei eccli-
psis Solis erit in prima parte trium partium totius sue

E dura.

durationis, & si hor. horology cadunt in secunda parte totius diei, ut supra dictum est, dices, quod maior fortitudo significati dicti eclipsis, erit in secunda parte trium partium, suę durationis. Et si in tertia, in tertia parte, suę durationis, de toto hoc vide exemplum.

H. I. II.

21. 44. 0. Hor. & min. p. m. media eclipsis Solis, ut supra dictum est.

7. 4. 30. Semidiurnus subtr. semper, & veniunt.

14. 39. 30. Hora horology, & quia iste hora cadunt in secunda parte totius diei, ut supra dictum est, propter hoc dices, quod maior fortitudo significati dicti eclipsis Solis erit in secunda parte, seu tempore trium partium sue durationis.

Aliud Exemplum pro Luna.

In die quando fit eclipsis Luna, idest in die 28. Nouemb. quantitas noctis est hor. 14. min. 18. sicut dictum est supra, postea facies sic, videlicet

H. I II

4. 40. Cum hor. 14. } Quod est quantitas noctis diei 28.
6. 0. Cū min. 18. } Nou. & cū infra scrip. tab. q̄ seruit
pro hor. & c. adde omnes, & venit.

4. 46. 0. Summa, idest una pars trium partium horarum, & min. totius noctis, & hoc adde seper cū horis, 24. quod est principiu noctis, & venit, ut infra videlicet.

H. 1

Principiū primæ partis.	24. 9.	Hor. & min. finis diei, & principium noctis.
	4. 46.	Hor. & min. idest summa unius partis trium partium totius noctis semper adde, & venit
Principiū secundæ partis.	4. 46.	Finis pri. partis totius noct. & principium sec. par.
	4. 46.	Summa ut supra, quod est secun. pars totius noct. adde, & venit.
Principiū tertiæ partis.	9. 32.	Finis secundæ partis totius noct. & principium tertiæ partis.
	4. 46.	Summa ut supra, quod est tertia pars totius noct. adde, & venit.
	14. 18.	Finis tertiæ partis totius noct. idest ultima pars horarum totius noct.

Postea hor. & min. P. M. mediæ ecclipsis Luna ut supra dictum est, reduce in horas horologij iuxta regulam, & si dictæ hor. horologij cadunt in supradiçta prima parte totius noct. dices quod maior fortitudo significati dicti ecclipsis Luna erit in prima parte trium partium totius sue durationis: & si hor. horologij cadunt in secunda parte totius noctis, ut supra dictum est, dices, quod maior fortitudo significati dicti ecclipsis, erit in secunda parte trium partium, sue durationis. Et si in tertia, in tertia parte, sue durationis: de toto hoc vide exemplum.

H. 1.

15. 48.	Hor. & min. p. m. mediæ ecclipsis Luna, que fit in die 28. Nouemb.
4. 51.	Semidiurnus subtr. semper, & venit.
10. 57.	Hor. horologij, & quia ista hora cadunt in tertia parte totius noctis, ut supra dictum est, propter hoc dices, quod maior fortitudo significati dicti ecclipsis erit in tertia parte, seu tempore trium partium, sue durationis.

Tabula reducendi Hor. Min. & sec. cuiuslibet Diei, &
Noctis in tres partes, & hoc pro illis, qui non
bene sciunt de Mathematica.

H	H. /	H	H. /
I	I II	I	I II
II	II III	II	II III
1	0 20	31	10 20
2	0 40	32	10 40
3	1 0	33	11 0
4	1 20	34	11 20
5	1 40	35	11 40
6	2 0	36	12 0
7	2 20	37	12 20
8	2 40	38	12 40
9	3 0	39	13 0
10	3 20	40	13 20
11	3 40	41	13 40
12	4 0	42	14 0
13	4 20	43	14 20
14	4 40	44	14 40
15	5 0	45	15 0
16	5 20	46	15 20
17	5 40	47	15 40
18	6 0	48	16 0
19	6 20	49	16 20
20	6 40	50	16 40
21	7 0	51	17 0
22	7 20	52	17 20
23	7 40	53	17 40
24	8 0	54	18 0
25	8 20	55	18 20
26	8 40	56	18 40
27	9 0	57	19 0
28	9 20	58	19 20
29	9 40	59	19 40
30	10 0	60	20 0

Quomodo scietur, quantum durabit prima pars maioris
 fortitudinis, significati supradicti Eclipsis Solis, &
 quantum secunda & tertia pars dicti significati
 & in quo tempore istarum supradicta-
 rum trium partium, erit maio-
 ris fortitudinis.

D Ratio tota eclipsis Solis, ut supra dictum est, sunt
 anni 2. dies 225. & hor. 2. & incipit haec duratio in
 anno 1625. & in die 13. Decembris, & durat usque ad
 annum 1628. & in die 26. an circa Iulij, ut supra dictum
 est: & propter hoc facies cum sequentibus tabulis sic vi-
 delicet.

Exemplum de Sole.

- D. H.**
 243. 8. 0. Cum annis 2. & in tab. infrascripta
 pro annis.
 75. 0. 0. Cum diebus 225. & in tab. infra-
 scripta pro diebus.
 0. 40. Cum hor. 2. & in tab. infrascripta
 pro horis.

Adde om-
 nes, &
 venit.

318. 8. 40. Summa omnium, id est Prima pars trium par-
 tium supradictorum annorum 2. dierum 225.
 & hor. 2. supradictae durationis Eclipsis Solis, & hoc nu-
 mera a die 13. Decembris 1625. ut supra dictum est, &
 hoc est quando Sol incipit suos producere effectus, & ve-
 niet sic videlicet.

D. H: *1627 annis nōstribus munitur, ut in oborno.*

Prima
pars qñ
incipit,
& quā
tū du-
rat.

347. 0. 0. *Dies à primo Ianuarij usque ad diem 13. De-
cembrii 1625. & est quando Sol incipit
suos producere effectus, ut supra dictū est.*

318. 8. 40. *Summa omnium ut supra, idest, prima pars
trium partium supradictorum annorum
adde.*

665. 8. 40. *Summa omnium ut supra, idest, prima pars
trium partium supradictorum annorum adde.*

365. *Subtr.*

Secūda
pars qñ
incipit,
& quā
tū du-
rat.

300. 8. 40. *Finis primæ partis maioris fortitudinis, &
principiū sec. partis. & hoc numerā à primo
die Ian. & sic dicta pri. pars incipit à die
13. Decembrii 1625. & durat usq. ad diem
27. Octobris. cum hor. 8. & min. 40. p. m.
1626. & hoc propter subtr. dierum 365.*

318. 8. 40. *Summa omnium ut supra, idest secunda pars
trium partiū supradictorum annorum adde*

618. 17. 20. *Summa omnium ut supra, idest secunda pars
trium partiū supradictorum annorum adde.*

365. *Numerus totius anni subtr.*

Tertia
pars qñ
incipit,
& quā
Et Alb. dicit, quod pluuia corrumpent vineas, & oliuas, & arbores, & messes.

De Ioue, quando est dispositio eclipsis.

Iupiter dominus eclipsis significat abundantiam victualium, seu augmentum rerum necessarium hominibus, & fructus terre augmentabuntur, & erunt salubres, & salubres erunt maris navigationes. Item etiam significat bonam temperantiam aeris, & sanitatem corporum hominum, tranquillitatem, & pacem, & bonum, & etiam totum illud, quod per se significat, quando est dominus eclipsis. hac Alb.

De Mar-

De Marte, quando est in quolibet signo, & etiam
quid significat, quando est Domi-
nus eclipsis.

De Marte, quando est Dominus eclipsis, &
est in signo Arietis.

Mars, dominus eclipsis, si fuerit in Ariete, accidens
sive bonum, sive malum erit, in animalibus qua-
drupedum domesticorum. Item in fructibus arborum,
cum oriri ceperint, id est, qua cito exeunt, sicut in ficu-
bus, & in ficulneis, & in eis cōtemperaneis, & alijs, qua
nascuntur in vere. Item etiam contingere dicunt, in
Sanctuarijs, & in sacris Religionibus, & oratorijs, &
Officijs Dei, sicut in legibus Diuinis: sed vane. Item,
ingeris feruorem, maximamque aeris siccitatem, plu-
uiarum raritatem, aqua potabilis plurimos fontes desic-
cat, fluuiorum latices magna ex parte absorbet, aut ple-
rosque corrumpit, torrentesque efficit aridiores, & sua
significatio erit in vere.

Et Alb. dicit, quod significat multitudinem dolorum oculo-
rum, & interfectionem in parte orientis.

Et si Mars fuerit in signo Tauri.

Mars, dominus eclipsis, si fuerit in Tauro, accidens
sive bonum, sive malum erit, in animalibus qua-
drupedum domesticorum, & in fundamentis, & edifi-
cijs. Item in bestijs, que necessaria sunt ad usum vite
humane, pessundant vegetabilia e tellure pullulantia,
ex locustis conflagrationibus, affusque perniciosas exu-
rit, fruges corrumpit, vel in ipso horreis putrefacit.

Et Alb.

Et Alb. dicit, quod significat paucitatem victus, interfectionē inter ciues Septentrionales, & multos dolores oculorum, cum morte mulierum, & morte bouum, & multitudinē ouium. Et si fuerit latitudo Martis Septentrionalis, significat multas infirmitates variolarum. Et si Mars fuerit retrugradus, significat nocumentum aduenire bestijs, cum morte earum.

Et si Mars fuerit in signo Gemin.

MARS, dominus eclipsis, si fuerit in Gemin. accidens erit in genere hominum, & Regum, significat etiam totum illud, quod dictum est, quando Mars est dominus deliquij solus, & in signo Gemin. ut supra dictum est. hac Ptol.

Et Alb. dicit, quod accident calores magni, & venti calidi, & mortalitates, & tempestates quoque, scilicet peffilentia, & paucitas pluuiarum, & exsiccabuntur fontes, & aqua potabiles corrumpentur.

Et Ptol. etiam dicit, quod significat iram magnam, stultitiam, & credulitatem in hominibus, & accident inter eos pralia, & guerre, & lites, & depraedationes, & captiones ira Regum, & turbationes hominum, & hac etiam confirmat Alb.

Et si Mars fuerit in signo Cancri.

Mars Dominus eclipsis, si fuerit in Cancro, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere Piscium, & in animalibus marinis, & in nauibus equorum, & si monstrauerit humiditatem, tunc arguit magnam inundationem fieri, sed si siccitatem monstrauerit, erit etiam.

Item,


Item significat moram, mutationes ciuium, & in Regione manentium: erit etiam accidens in fructibus, qua colliguntur, & referuantur, sicut in annona, in terra Aegyptij erit sua significatio specialiter in augmento Nili, & sua significatio erit generaliter in estate, hac Ptol.

Et Alb. dicit, quod significat interfectionem in oriente, & in occidente, & significat etiam multitudines aegritudinum in hominibus, ut sunt pleuresis, & infirmitas pectorum, febres quotidiana, tertiana, & dolores gutturis. Et si Mars fuerit retrogradus, significat corruptionem aeris, & uehementiam caloris cum flatu uentorum, & uenenosorum.

Et si Mars fuerit in signo Leonis.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Leone, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere quadrupedum siluestrium, & etiam in fundamentis, & aedificijs, & generaliter ex sui natura ingerit seruorem, maximamque aeris siccitatem, pluuiarum raritatem, aque potabilis plurimos fontes desiccet, fluuiorum latices magna ex parte absorbet, aut plerosque corrumpit, torrentesque efficit arridiores. hac Ptol.

Et Alb. dicit, quod significat carestiam bestiarum, & panis, praecipue in oriente, significat etiam expansionem mortis, & praecipue puerorum cum nimio dolore ventris. Item significat bella in parte orientis cum apprehensione mortis, & maxime puerorum.



Et si

Et si Mars fuerit in signo Virginis.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Virgine, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & Regum, & in aubus, & maxime in talibus, quæ sunt comestibiles ab hominibus, & in animalibus ad usum hominum pertinentibus, accidet damnam magnam; Significat etiam iram magnam, Stultitiam, & credulitatem in hominibus; & accidunt inter eos praelia & guerra, & lites, & depraedationes, & captiones, ira Regum, & turbationes hominum, & peculiariter infert acutas febres tertianas, morbos æstuentes, sanguinis corruptiones, ijs præsertim, qui virilem degunt etatem, ingerit præterea adificiorum ruinas, incendia, rapinas, depopulationes, cruentas hominum strages seuitque bellis intestinisque seditionibus, tumultibus plebeis, ex Regum tyrannide, ac Principum iracundijs, ex ijs mille contumelias, exilia, atroces carceres, & denique violentas inopinatasque mortes degustabunt, virtute prædicti floccipendentur, facinorosi erunt in precio, & illicita perpetrabunt, ac leges transgredientur. hæc Ptol. Sed quid secundum veritatem, supra dictum est.

Et Alb dicit, quod erūt fructuum detrimenta, aut per inflammationem caumatis, quæ eos comburent, aut propter pestilentiam locustarum, vel quod homines antequam se iuuent de illis, cadent propter magnos ventos corrumpentes; significat etiam multos dolores oculorum, & mortem mulierum cum destructione aeris, & eius siccitate: denotat etiam multam interfectionem, & effusionem sanguinis in parte meridiei.

Et si Mars fuerit in signo Libræ.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Libræ, acci-
dens, siue bonum, siue malum, dicunt, quod erit in
genere hominum, & in feminibus, quæ seminatur, ac in
herbis, & in similib. & etiã cõtingere in Sãctuarijs, & in
sacris Religionib. & oratorijs, & officijs Dei, sicut in legib.
Diuinis, accidunt etiã calores magni, & venti calidi, &
mortalitates, & tempestates quoque, scilicet pestilentia,
& paucitas pluuiarum, & exsiccabuntur fontes, & aquæ
potabiles corrumpentur, significat etiam iram magnam,
stultitiã, & credulitatẽ in hominib. & accidunt inter eos
prælia, & guerra, & lites, & depredationes, & captiones
iræ Regum, & turbationes hominum, excitat etiam ven-
tos calidos, corporibusque humanis tabificos, atque pesti-
lentes fulminum iaculationes, horrendaque tonitrua, cor-
ruscationes, & fulgura, & propter ventorum commixtio-
nes turbinosos, procellososque nimbos, naufragia, subita-
que nauium submersiones, & peculiariter infert acutas
febres tertianas, morbos astuantes, sanguinis corruptio-
nes, ijs præsertim, qui virilem degunt ætatem, ingerit
præterea ædificiorum ruinas, incendia, rapinas, depopula-
tiones, cruentas hominum strages, sequiturque bellis, intesti-
nisque seditionibus, tumultibus plebeis, ex Regũ tyranni-
de, ac Principum iracundijs, ex ijs mille contumelias, exi-
lia, atroces carceres, & denique violentas, inopinatasq.
mortes degustabunt, virtute prædicti floccipendentur, fa-
cinorosi erunt in præcio, & illicita perpetrabunt, ac leges
transgredientur, & erit sua significatio generaliter in
autumno. hæc Ptol. Sed supra de veritate quid dicendum
sapius dictum est.

Et si Mars fuerit in signo Scorpionis.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Scorpione acci-
dens, siue bonum, siue malum, erit in genere anima-
rum reptilium. hoc Ptol.

Et Alb. dicit, quod significat uehemens frigus, in quarta au-
tumnali, hiemali, & aestiuale, cum multa siccitate aeris,
& nocetur hoc panis, & uino, & arboribus, & messibus,
significat etiam multos dolores uulorum in hominibus,
& bubones, & agritudines multas, & precipue in iuue-
nibus, & illud erit in parte Septentrionalis. Sed si fuerit
Mars retrogradus, significat infirmitatem accidere Re-
gi, qua appropinquabit ad perditionem.

Et si Mars fuerit in signo Sagittarij.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Sagittario, acci-
dens, dicunt, quod erit siue bonum, siue malum, in
genere hominum, & Regum, & etiam in animalibus quadru-
pedum domesticorum, & in auibus, & maxime in tali-
bus, que sunt commestibiles ab hominibus. Et generali-
ter ex sui natura ingerit seruorem, maximamque aeris
siccitatem, pluuiarum raritatem, aqua potabilis plurimos
fontes desiccant, pluuiorum latices magna ex parte absor-
bet, aut plerisque corrumpit, torrentesque efficit arridio-
res. hoc Ptol. Sed supra lege, que dixi.

Et Alb. dicit, quod multiplicatur frigus in quarta hiema-
li, & sic existens erit corruptio annonae, scilicet panis, &
uini cum multis palmarum plantationibus, erit etiam
mare in parte occidentis, cum multa interfectione.

Et si Mars fuerit in signo Capricorni.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Capricorno accidens, siue bonum, siue malum, erit in animalibus marinis, & in nauibus equorum, & in animalibus, & auibus, & piscibus in illo tempore apparentibus, id est, in solstitio hiemali. Item crescunt niues, & pluuia: significat etiam moram, mutationes ciuium, & in regione manentium. Item animantes, siue bestias, qua necessaria sunt ad usum uitae humanae, pesundant vegetabilia & tellure pullulantia ex locustis, conflagrationibus, aestusque perniciosos exurit, fruges corrumpit, vel in ipsis horreis putrefacit, & sua significatio erit generaliter in hieme.

Et Alb. dicit, quod significat multos redditus hereditatum, cum paucitate fructuum, & erit in animalibus damnum magnum.

Et si Mars fuerit in signo Aquarij.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Aquario, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & in auibus, & maxime in talibus, quae sunt comestibiles ab hominibus, significat etiam in animalibus fluuiorum, vel riuorum, vel fluminum, & fontium, & in fundamentis, & aedificijs, accident etiam calores magni, & venti calidi, & mortalitates, & tempestates quoque, scilicet pestilentia, & paucitas pluuiarum, & exsiccabuntur fontes, & aquae potabiles corrumpentur, significat etiam iram magnam, stultitiã, & credulitatẽ in hominibus. & accidunt inter eos praelia, & guerra, & lites, & degradationes, & captiones, & irae Regum, & turbationes hominum, excitat etiam ventos calidos, corporibusque huma-

nis

nis tabificos, atque pestilentes, fulminum iaculationes horrendaque tonitrua, coruscationes, & fulgura, & propter ventorum commixtiones turbinosos, & procellososque nimbos, naufragia, subitasque nauium submerfiones, & peculiariter infert acutas febres tertianas, morbos aestuantes, sanguinis corruptiones, hys præsertim, qui virilem degunt ætatem, ingerit præterea adificiorum ruinas, incendia, rapinas, depopulationes, & cruentas hominum strages, sequiturque bellis, intestinisque seditionibus, tumultibus plebeis, ex Regū tyrannide, ac Principum iracundijs, ex ijs mille consumelias, exilia, atroces carceres, & demiq. violentas, inopinatasq. mortes d'gustabunt, virtute prædicti floccipendentur, facinorosi erunt in precio, & illicita perpetrabunt, ac leges transgredientur. hoc Ptol. Vide, qua supra diximus.

Et Alb. dicit, quod significat prosperam aeris commixtionem, cum multitudine panis, & vini, & cum multo bono, sed p. uicitatem eorundem in partibus maritimarum, & si dictus Mars fuerit retrogradus, significat malam obedientiam plebis erga Regem.

Et si Mars fuerit in signo Piscium.

MARS dominus eclipsis, si fuerit in Piscibus, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere piscium, & in animalibus fluminum, & fontium, & erit etiã accidens super homines, & Reges. hoc Ptol. sed quid dicendum, supra.

Et Alb. dicit, quod significat carestiam bestiarum, cum bona aeris commixtione, significat etiã febres tertianas, & quotidianas in parte meridiei, & occidentis, item intersectione multã inter Reges & Magnates, & amissionem Regis, & dignitatis eorum. Sed supra, quid veritas habeat, dictum est.

De Mar-

De Marte, quando est dispositus Eclipsis.

MARS dominus eclipsis, contingit hominibus mors subita, & egritudines febrium tertianarum, & sputum sanguinis, & mors festina, & maxime his, qui sunt perfecta etatis, scilicet in fine adolescentia infert. Item homines violentias, & iniurias patientur, & vilipendentur, & exhibunt de sua lege ad aliam extraneam, & erunt ignes, & combustiones, & similia; & homicidia per mundum, insidia, & rapina per vias. Item si fuerit eius significatio super terram in rebus ad usum hominum pertinentibus, & in animalibus, aut in terrarum nascentibus, accidet damnum magnum valde, eruntque fructuum detrimenta per inflammationes, caumatisque eos comburens, aut per locustas, vel antequam homines se iuuant de ipsis cadent per magnos ventos, vel per ignem cadentem in horreis, aut granarij comburentur. haec Ptol. Sed de veritate huius rei vide supra. Et Alb. dicit, quod guerras, & combustiones significat.



De Sole

De Sole, quando est eclipsatus in quolibet signo, & quid etiam significat, quando est Dominus eclipsis.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Arietis.

Solis eclipsis, si fuerit in Ariete, alterationem in fructibus, pululantibus, vitibus, & ficulneis arboribus corruptionem excitabunt. Item dicunt, quod denunciat armentorum pecudamque interitus, magni Regis, seu Principis exilia, carceres, aut internecionem inter plebeios & potentiores, odia, mutuas similtates, dissidia magni exercitus motum, bella horrida, hominum strages, incendia, furtiva, rapinas, & depopulationes, praegnitium abortus, acutas febres, epidemiam ob aeris viciositatem, & caumata frugum, sterilitatem, & annonae penuriam in regionibus; praecipue quae eclipsis signo subiacentur, excellentem mutationem, item etiam minatur interitum Regum, & potentiorum atque diuitem, & sterilitatem, terra sterilitatem, atque famem. Sed quae sunt in huiusmodi, reposita sunt in Dei voluntate.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primo 10. gradibus Arietis, crebros armorum & exercituum motus portendit, continuo usque expeditiones, & insultus bellorum cum tumulto plurimo, seditiones, controversias, & incemperiam aeris ad siccitatem potissimum vergentis.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Arietis, dicunt, quod Regis carcerem, merorem, aut mortis periculum significat. Sed vane, arborumque fructiferarum corruptionem, ac terra nascentium putredinem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Arietis, pestilentiam, & luctum affert mortalibus, magnaq; mulieris obitum, & adhuc pecudum perniciem minatur.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Tauri.

Solis eclipsis, si fuerit in Tauri, fundamentorum ruinam, & inter ecclesiasticos odia, simultates, & turbas excitabunt: item fructuum penuria, & precipue frugum satorumque continget, quippe quod spicifera videlicet virgo, & arator Taurus, & in primis caper huiusmodi fructus comedere, & deuastare consueuerunt.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis 10. gradibus Tauri, negotiatores affugit, & irrita tractare cogit, omniaque eorum negotia subruit, satis quoque & festibus obest.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Tauri, peregrinantibus parturientibusque parat incommoda.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Tauri, pestemque, famemque inducit.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Geminorum.

Solis eclipsis si fuerit in Geminibus, volatilibus interitum minatur, ijs potissimum, quibus vescuntur homines, unde plurimi interitum sentient. Item euentus humanum genus inuasuros denunciat; item etiam famem atrocissimas, agritudines, morbos pestilentes, procellososque ventos ingerere consueuerunt, miseria mortalibus exitiosos.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gradibus Geminorum,

Et si fuerit in secundis decem gradibus Geminorum, latrocinia maritima, & cades.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Geminorum, Regis obitum, & Status publici detrimenta varia, ciuiliuq. negotiorum irritos euentus. [Sed huiusmodi a libera Dei voluntate dependent.

De Sole, quando eclipsatus est in signo Cancri

Solis eclipsis si fuerit in Cancro, infructibus, quando colliguntur, & conseruantur, putredo accidit, & vescentibus agrotationes; Item plebis, & turba ignobilium interitus, diuturnaque bellorum seditiones, & aquatiliu, maritimorumque, & in equore degentium perniciēs magna ingruet; Item etiam multitudinem pluuiarum, & ab eis detrimentum significat.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gradibus Cancri, aerem perturbat, magnaue exagitat varietate.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Cancri, fluuios, & fontes exsiccatur, incontinentiam, & petulantiam mortalibus intentat.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Cancri, per uniuersam Armeniam, & Africam, ceterasque Regiones Cancro subiectas, morbos, seditiones, & lues alias immittit.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Leonis.

Solis eclipsis, si fuerit in Leone fundamentorum ruinas, denunciat item armentorum, pecudumque interitum, magni Regis, seu Principis exilia, carceres, aut internecionem, tamen plebecios, & potentiores, odiam, mutuas similtates, dissidia, magni exercitus motum, bella horrida, hominum strages, incendia, furti, rapinas, & depopulationes, pragnantiu abortus acutas febres, epidimiã, ob aeris vradinem, & caumata, frugum sterilitatem, & annonæ penuriam in regionibus præcipue, quæ eclipsis signo subijciuntur, excellentem mutationem; minatur etiam interitum Regum, & potentiorum, atque diuitum, & siccitatem, terræque sterilitatem, atque famem. [Sed circa talia contingentia, vide, quæ diximus.

Et Proc. dicit, [sed vane] si Solis eclipsis fuerit in primis decem gradibus Leonis, summi alicuius Principis mortem, & rei frumentaria penuriam præmonstrat.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Leonis, Regis magnatis, & procerum anxietates, & detrimenta minatur.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Leonis, captiuitates, obsidiones, direptiones, & adium sacrarum prophætiæ nes significat. [in tantum obseruet, quæ dicta sunt.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Virginis.

Solis eclipsis, si fuerit in Virgine, euentus humanum genus inuasuros, denuntiat. Item in vegetabilibus, & aqua,

aquaticis animalibus præcipue; fontium; ac fluviorum
 corruptionem, & excidium obtrunciat; Item etiam fru-
 ctuum penuria, & præcipue frugum, satiorumque contin-
 get, quippe; quod significat videlicet Virgo; & arator
 Taurus, & in primis caper huiusmodi fructus comedere,
 & deuasare consueverunt.

Et Haly dicit, quod si Sole eclipsatur in Virgine, per cau-
 dam, & Mars fuerit ibi iunctus Soti, erant inter nobi-
 les, & viles homines interfectiones, & lites magna.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem
 gradibus Virginis, calamitosum Regis alicuius exitum,
 & stragem arguit.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Virginis; famem,
 pestem, & seditiones mortalium.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Virginis, pictoribus,
 poetis, & mercatilibus, qui ingenio vigent, aduersa
 omnia, cedes, exilium, & similia.

De Sole, quando est eclipsatus in signo

Libra.

Solis eclipsis, si fuerit in Libra, euentus humanum ge-
 nus inuasuros denunciat. Item in feminibus, & ber-
 bio putredinem, & inter ecclesiasticos schismata; Item
 etiam fames; & atrocissimas agritudines, morbos pesti-
 lentes, procellososque ventos ingerere consueverunt; mi-
 seris mortalibus exitiosos: significat etiam multitudi-
 nem pluiiarum; & ab eis detrimentum.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gra-
 dibus Librae, aerem corrumpit, pestem suscitatur, & anno-
 na flagellat, caramque reddit.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Librae, magni Re-

gis mortem, seditiones, & famem portendit.
Et si fuerit in ultimis decem gradibus Libra, dicunt, quod
nobilium controuersas, & fortunarum detrimenta si-
gnificat. [Sed lege, quae supra obseruata sunt.

De Sole, quando est eclipsatus in signo
 Scorpionis.

Solis eclipsis si fuerit in Scorpione, fundamentorum rui-
 nas, & inter ecclesiasticos odia, simultates, & turbas
 excitabunt, Item dicunt, quod plebis, & turba ignobili-
 um interitus, diuturnaue bellorum seditiones, aquatili-
 um, marisimorumque, & in aquore degentium perniti-
 es magna ingruet; Item etiam multitudinem pluuia-
 rum, & ab eis detrimentum denotat [Tu tamen obser-
 ua, quae in Bulla Sanctissimi D.N. Sixti V. mandantur.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gra-
dibus Scorpionis, tumultus bellicos mouet, cadas, odia,
captiuitates, & prodiones machinatur.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Scorpionis, Regis cu-
iuspiam perniciem, auersum exercitus animum, & si-
milia.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Scorpionis, dicunt,
quod alienigeni Tyranni aduentum, ignauiam, atque
foecordiam prioris Regis omnibus inuisam. [Sed uide,
quae supra diximus.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Sagittarij

Solis eclipsis, si furit in Sagittario, volatilibus interi-
 tum minatur, ijs potissimum, quibus uescuntur homi-
 nes, unde plurimi interitum sentient. Denunciat etiam

armen-

armenterum, pecudumque interitus; magni Regis, seu Principis exilia; carceres, aut internecionem inter plebeios, & potentiores; odia; mutuas similitates, dissidia, magni exercitus motum, bella horrida, hominum strages, incendia, furta, rapinas, & depopulationes; pregnantium abortus, acutas febres; epidemiam, ob aeris viciam, & caumata, frugum sterilitatem, & annonae penuriam in regionibus praecipue, qua eclipsis signo subijciuntur, excellentem mutationem; minatur etiam interitum Regum, & potentiorum, atque diuitum, & siccitatem; terraque sterilitatem, atque famem. [Circa haec omnia recole Bullam supradictam.]

Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gradibus Sagittarii, seditiones inter mortales manifestas ostendit, & ab omni consensu, concordiaque ab alienationem. Et si fuerit in secundis decem gradibus Sagittarii, Camelorum rudentumque iumentorum, ac ceterorum eius generis veterinorum animalium interitum.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Sagittarii, & equos, & exercitus multifariam affligit.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Capricorni.

Solis eclipsis si fuerit in Capricorno, olera deaestabuntur à locustis, seu vermibus; eruntque nauium submersiones, & morum mutationes peculiariter in regionibus qua ijs subiacent sideribus; Item etiam fructuum penuria, & praecipue frugum, satorumque continget, quippe quod spicifera videlicet Virgo, & arator Taurus, & in primis caper butusmodi fructus comedere, & deaestare consueverunt.

Es Pro-

Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gradibus Capricorni, infelices habet magnorum virorum casus, Regis alicuius transmigrationem, nobilium & plebis rebellionem.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Capricorni, iuratos milites in Imperatorem, ducesque suos irritat, consusque eidem eorum irritos, aut infelices euentus facit.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Capricorni, tumultuaram Regis motum erit, famem inducit. [sed non est procedendum a Bulla citata Sanctissimi Papae Sixti V.

De Sole, quando est eclipsatus in signo

Aquarij.

Solis eclipsis si fuerit in Aquario, euentus humanum genus inuasuros denunciat, item fames, & atrocissimas agritudines, morbosque pestilentes, procellosos ventos ingerere consueuerit miseris mortalibus, exitiosos, item etiam fundamentorum ruinas, & inter ecclesiasticos odia, similitates, & turbas excitabunt.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis decem gradibus Aquarij, publici meroris, & luctus materiam prabet.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Aquarij, latrocinia publica, furti, rapinas, terræmotusque & famem committatur.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Aquarij, ouium, agrestiumque brutorum eiusmodi interitum innuit.

De Sole, quando est eclipsatus in signo Piscium,

Solis eclipsis, si fuerit in Piscibus, in vegetabilibus, & aquaticis animalibus, precipue fontium, ac fluidorum corruptio.

corruptionem, & exidiam obnunciorum item dicunt significari plebis, & turba ignobilium interitum, diuturnaque bellorum seditiones, & aquatilium, maritimarumque, & in eoque degentium perniciem magna ingruentem. Item etiam multitudinem pluviarum, & ab eis detrimentum significat.

Et Proclus dicit, si Solis eclipsis fuerit in primis 10. gradibus Piscium, fluuios exsiccet, maritima infortunata.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Piscium, clari, praestantisque viri mortem, ac in maritimis Regionibus piscium vastitatem, terraque motum facit.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Piscium, seditionem, crudelitatem, ferociam, & inhumanitatem militum extimulat.

De Sole, quando est dispositio eclipsis

Sol, quando fuerit dominus eclipsis, significat carelliam, & annum infructuosum: Item erit tempus multae variationis, & carens stabilitate, nisi in initio temporis fuerit in angulo aliquo, aut in succedenti, & si fuerit in cadenti, erunt multae infirmitates, & pestilentia, nisi aliunde impediatur: item etiam significat Regem consequi nocuentum, & mortem plebi aduenire, & commotionem in inimicorum ab omnibus terris, significat etiam guerras, & combustiones, sed non tantum.

De Sole, quando eclipsat in primis decem gradibus cuiuslibet signi, & quando in secundis decem gradibus, & quando in ultimis decem gradibus.

Ast dicunt, quod, quando Sol eclipsat, si fuerit in primis decem gradibus cuiuslibet signi, significat bella

belli, discensiones, & Sterilitates. Et si fuerit in secundis decem gradibus cuiuslibet signi, significat carceres, vel mortem Regis, corruptionem plantarum, vel aliarum rerum terra nascentium [Sed vide supra.]

Et si fuerit in ultimis decem gradibus cuiuslibet signi, significat mortalitatem animalium, & pericula contra mulieres grauidas.



De Venere, quando est in quolibet signo, & etiã quid significat, quando est Dominus Eclipsis.



De Venere, quando est Dominus Eclipsis, & est in signo Arietis.

Venus dominus eclipsis, si fuerit in Ariete accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere animalium quadrupedum, domesticorum. Item in fructibus arborum cum oriri ceperint, id est, que cito exeant; sicut in ficibus, & in ficulneis, & in eis contemporaneis, & alij, que nascuntur in vere; Item etiam contingere solet in Sanctuarijs, & in sacris Religionibus, & Oratorijs, & Officijs Dei, sicut in legibus Diuinis. Et sua significatio erit generaliter in vere. *hec Plol. [Vide supra, qua diximus.]*

Et si

Et si Venus fuerit in signo Tauri.

Venus domina eclipsis, si fuerit in Tauro, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere animalium quadrupedum domesticorum, & in fundamentis, & adificijs. hac Ptol.

Et si Venus fuerit in signo Geminorum.

Venus domina eclipsis, si fuerit in Geminis, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & Regum, Item significat in hominibus graduum sublimitatem, honores, & alacritates, pacem, & meliorationem status. hac Ptol. & Alb. [Vide supra.]

Et si Venus fuerit in signo Cancri.

Venus domina eclipsis, si fuerit in Cancro, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere piscium, & in animalibus marinis, & in nauibus equorum, & in fructibus, qua colliguntur, & reseruantur, sicut in annona, in terra tamen Aegyptij erit sua significatio specialiter in augmento Nili: Et si monstrauerit humiditatem, tunc arguit magnam inundationem fieri, sed si siccitatem monstrauerit, erit etiam. Significat etiam mortem, mutationes ciuium, & in regione manentium; Et erit sua significatio generaliter in Aestate.

Et si Venus fuerit in signo Leonis,

Venus domina eclipsis, si fuerit in Leone, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere animalium

lium quadrupedum siluestrium, & in fundamentis, & edificijs, & significat etiam multas infirmitates, per variolam, & calorem aeris.

Et si Venus fuerit in signo Virginis,

Venus domina eclipsis, si fuerit in Virgine, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & Regum, & in aibus, & maxime in talibus, quae sunt comestibiles ab hominibus, significat etiam in hominibus graduum sublimitates, honores, & alacritates, pacem, & meliorationem status, & si Venus fuerit retrograda, significat agritudines mulierum. haec Ptol. & Alb.

Et si Venus fuerit in signo Libræ.

Venus domina eclipsis, si fuerit in Libræ, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, Item contingere in Sanctuarijs, & in sacris religionibus, & Oratorijs, & officijs Dei, sicut in legibus Diuinis: Item etiam in seminibus, quae seminantur, ac in herbis, & similibus; Significat etiam in hominibus graduum sublimitates, honores, & alacritates, pacem, & meliorationem status, & sua significatio erit generaliter in autumno. haec Ptol.

Et Alb. dicit, quod si latitudo Veneris fuerit meridionalis significat infirmitates ex parte morbilli, & si ibidem elongetur longitudine sua longiori a Sole, significat mortem multorum Regum. [Sed vide supra.

Et si Venus fuerit in signo Scorpionis.

Venus domina eclipsis, si fuerit in Scorpione accedens siue bonum, siue malum, erit in genere animalium reptilium, & in fundamentis, & adipsijs. hac Ptol.
 Et Alb. dicit, quod si dicta Venus fuerit retrograda, significat coniunctionem hominum, cum multis rumoribus terribilibus, & cum elongatur, ibidem longitudine sua longiori à Sole, significat detrimentum nobilium, & effusionem sanguinis.

Et si Venus fuerit in signo Sagittarij

Venus domina eclipsis, si fuerit in Sagittario accedens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & Regum, & animalium quadrupedum domesticorum, & in auiibus, & maxime in talibus, que sunt comestibiles ab hominibus. hac Ptol. [Sed vide supra.
 Et Alb. dicit, quod si dicta Venus fuerit retrograda, significat inuidiam Regum.

Et si Venus fuerit in signo Capricorni.

Venus domina eclipsis, si fuerit in Capricorno, accedens, siue bonum, siue malum, erit in animalibus marinis, & in auiibus equorum, & in animalibus, & auiibus, & piscibus illo tempore apparentibus, id est, in Solstitio hiemali, item crescunt niues, & pluuia. Significat etiam moram, mutationem ciuium, & in regione manentium, & sua significatio erit generaliter in hieme. hac Ptol.
 Et Alb. dicit, quod significat multas mortes.

& lapides pretiosi.

Et Ptol. dicit, quod animalia, quibus utuntur homines, & similiter res crescent, & multiplicabuntur, & proficient. Venus domina eclipsis, si fuerit eius significatio super speciem bestialem, qua utuntur homines, significat multiplicationem eorum, & perfectionem.

Et si fuerit eius significatio super Elementum terreum, significat bonum esse seminum, arborum, & fructuum.

Et si fuerit eius significatio super elementum aquaticum, significat abundantiam aquarum, & euasionem nauium in mare. hæc Alb.

Et etiam Alb. dicit, quod Venus domina eclipsis, tranquillitatem, & pacem, & bonum significat.

De Mercurio, quando est in quolibet signo, & etiã quid significat, quando est Dominus Eclipsis.

De Mercurio, quando est Dominus Eclipsis, & est in signo Arietis.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Ariete, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere animalium quadrupedum, & domesticorum; Item in fructibus arborum cum oriri caperint, id est, quæ cito exeunt, sicut in ficibus, & inficulneis, & in eis contemporaneis, & alijs quæ nascuntur in vere; Item etiam contingere in Sanctuarijs, & in sacris religionibus, & Oratorijs, & officijs Dei, sicut in legibus Diuinis. Et sua significatio erit generaliter in vere. hæc Ptol.

Et Alb.

Et Alb. dicit, quod significat paucitatem annonæ, scilicet panis, & vini; significat etiam multam mortem mulierum, & iuuenum, & si fuerit eius latitudo Septentrionalis, significat corruptionem aeris; & si fuerit illic retrogradus, significat euenire ex morbillo, & variolis; Et si elongatus in longitudine sua longiori à Sole, significat interfectionem in hominibus, & mortem quorundam nobilium.

Et si Mercurius fuerit in signo Tauri.

M*ercurius dominus eclipsis, si fuerit in Tauro, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere animalium quadrupedum, & domesticorum, & in adificijs, & fundamentis. hæc Ptol.*

Et Alb. dicit, quod significat destructionem annonæ cum aquis multis; item destructionem fructuum causa combustionis, & ventorum, & corruptionem eorum, & mortalitatem quoq. & locustas; item multos dolores oculorum in parte Orientis, & multam mortem nobilium; item etiam interfectionem inter Orientales, & Occidentales.

Et si Mercurius fuerit in signo Geminorum.

M*ercurius dominus eclipsis, si fuerit in Geminibus, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & Regum. hæc Ptol.*

Et Alb. dicit, quod facit vêtos turbinosos, repêtinios, & corruptes, unde sūt detrimêta in animalibus, & in vegetabilibus, quibus magis vtuntur homines; Item significat multas mortalitates hominum, cum agritudinibus morbillorum; Item etiam cædem inter Orientales, & Septentrionales, & multam mortem nobilium, & aliorum hominũ.

Et si

Et si Mercurius fuerit in signo Cancri.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Cancro, acci-
dens, siue bonum, siue malum, erit in genere piscium,
& in animalibus marinis, & in nauibus equorum; Et si
monstrauerit humiditatem, tunc arguit magnam inun-
dationem fieri: sed si siccitatem monstrauerit erit etiã.
Item acci- dens erit etiam in fructibus, quæ colliguntur, &
referuantur, sicut in annona, in terra tamen Aegyptij
erit sua significatio specialiter in augmento Nili: Item
etiam significat moram, mutationes ciuium, & in regio-
ne manentium; Et erit sua significatio generaliter in
Aestate. hæc Ptol.

Et Alb. dicit, quod significat frigiditatem aeris, cum pauci-
tate annonæ, & destructione fructuum, & præcipue in oc-
cidente; Item mortem hominum, & dolores ulcerum, &
morbilorum; Item etiam interfectionem in parte Septen-
trionali, & orientis, & occidentis, & mortem hominum
significat.

Et si Mercurius fuerit in signo Leonis

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Leone, acci-
dens, siue bonum, siue malum, erit in genere ani-
malium quadrupedum, & siluestrium, & in fundamen-
tis, & adificijs. hæc Ptol.

Et Alb. dicit, quod significat destructionem arborum, fru-
ctuum, & seminum, cum paucitate annonæ; Item multas
infirmitates ex tussi, & dolore ventris, & vesicæ, cum
multa morte, & præcipue in parte occidentis, & cum casu
nobilium. Et si Mercurius fuerit retrogradus, significat
multas tristitias hominum, cum per mixtionibus.

Et si

Et si Mercurius fuerit in signo Virginis.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Virgine, accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & Regum, & in aibus, & maxime in talibus, quae sunt comestibiles ab hominibus. haec Ptol. [Sed quid dicendum, supra.]

Et Alb. dicit, quod significat fortunam bonam, commixtionem aeris, & multiplicationem annonae; Item significat destructionem fructuum causa combustionis, & ventorum, & corruptionem eorum; mortalitatem quoque, & locustas. Et si Mercurius elongetur ibidem longitudine sua longiori a Sole, significat casum nobilium, & mortem in hominibus. [Sed vide supra.]

Et si Mercurius fuerit in signo Librae.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Libras accidens, siue bonum, siue malum, erit in genere hominum, & in seminibus, quae seminantur, ac in herbis, & in similibus; Item etiam contingere in Sanctuarijs, & in sacris religionibus, & Oratorijs, & officiis Dei, sicut in legibus Diuinis, & sua significatio erit generaliter in autumno, haec Ptol. [Sed de hoc supra.]

Et Alb. dicit, quod significat paucitatem annonae cum humiditate aeris, & quod in aere facit vētos turbinosos, repētinos, & corrūpentes, unde facit detrimēta in animalibus, & vegetabilibus, quibus magis utuntur homines.



Et si

Et si Mercurius fuerit in signo Scorpionis.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Scorp. acci-
dens, siue bonum, siue malum, erit in genere ani-
malium reptilium, & in fundamentis, & edificijs. hac Ptol.
Et Alb. dicit, quod significat malsas cedes in parte occiden-
tis, & septentrionis, & si elongatur ibidem longitudine
sua longiori a Sole, significat rumores malos, & terribi-
les, fortemq; cadem. Et si fuerit ibi retrogradus, signi-
ficat permixtionem aduenire militibus.

Et si Mercurius fuerit in signo Sagittarij.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Sagittario
accidens, siue bonum, siue malum, erit in hominibus
& Regibus, & animalibus quadrupedum, & domesti-
corum, & in auibus, & maxime in talibus, qua sunt
comestibiles ab hominibus. [Sed vide dicta supra.]
Et Alb. dicit, quod significat paucitatem panis, & abun-
dantiam vini, significat etiam prosperitatem Regum,
sed infortuna, & bella in parte inter eos, & meridiona-
les.

Et si Mercurius fuerit in signo Capricorni.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit in Capricorno,
accidens siue bonum, siue malum, erit in genere ani-
malium marinorum, & in nauibus equorum, & in ani-
malibus, & auibus, & piscibus, illo tempore apparenti-
bus, id est in solstitio hyemali, & crescunt niues, & plu-
uia: significat etiam moram, mutationes ciuium, & in
regione montium, & sua significatio erit generaliter
in hyeme. hac Ptol.

T

Et Alb.

De Mercurio, quando est dispositio Eclipsis.

Mercurius dominus eclipsis, si fuerit eius significatio super terram, significat destructionem fructuum, causa combustionis, & ventorum, & mortalitatem, & locustas: hac Ptol. & Alb.

Et Alb. dicit, quod significat carissiam. Item significat vitiliter pestilentiam, epidimias, & corruptionem, & precipue cum fuerit commixtus cum Marte, vel Saturno, vel eos aspiciat amico aspectu, & forte, significat etiam guerras, & combustiones.

De Luna, quando est eclipsata in quolibet signo,
& etiam quid significat, quando est
Domina Eclipsis.

De Luna, quando est Eclipsata in signo
Arietis.

Luna eclipsis si fuerit in Ariete, Saturno existente, in Cancro, & Sol cum cauda dragonis in Libra, significat, quod Rex interficietur, vel erit intoxicatus, & fiet ei prodisiones: hac Haly.

Luna eclipsis cum fuerit in Ariete, & Mercurius iuxta Solem, erunt venti, hoc idem in oppositione.

Luna eclipsis cum fuerit in Ariete, alterationem in fructibus pululantibus vitibus, & ficulneis arboribus corruptionem excitabunt. Dicunt, quod denunciat etiam armentorum, pecudumque interitus magni Regis, seu Principis exilia, carceres, aut internecionem inter plebeios, & potentiores,

tiores, odia, & mutuas similitates, dissidia, magni exercitus motum, bella horrida, hominum strages, incendia, furta, rapinas, & depopulationes, pragnantium abortus, acutas febres, epidemiam ab aeris vredinem, & caumata frugum, sterilitatem, & annonæ penuriam, in regionibus præcipue, quæ eclipsis signo subijciuntur, excellentem mutationem. [Sed vide dicta supra.

Luna domina eclipsis, si fuerit in Ariete, significat mortem bestiarum quibus homines utuntur, & quandoque comminetur eius significatio cum significatione signi Arietis, ut scilicet quando est æquidistans ei, significat diminutionem annonæ.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Arietis, obscura Luna, febres futuras, adumbrata incendia, combustiones nemorum, ac aeris siccitatem ostendit.

Et si fuerit eclipsata in secundis decem gradibus Arietis, pestilentiam significat.

Et si fuerit eclipsata in ultimis decem gradibus Arietis abortuos partus, & incommoda, periculaque huiusmodi alia in mulieribus.

De Luna, quando est eclipsata in signo Tauri.

Luna eclipsis si fuerit in Tauro, fundamentorum ruinæ, & inter ecclesiasticos odia, similitates, & turbas excitabunt. item etiam fructuum penuriam, & præcipue frugum, satorumque continget; quippe quod spiciфера videlicet Virgo, & arator Taurus, & in primis vaper huiusmodi fructus comedere, & deastare cõsuevit.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Tauri nec morboq. grassatus in pecudas.

Et si

*Et si fuerit in secundis decem gradibus Tauri, Regina obit-
tam, & satorum feminumq. sterilitatem immittit.*
*Et si fuerit in ultimis decem gradibus Tauri, in serpentes,
& reptilia seuit.*

De Luna, quando est eclipsata in signo Gemin.

Luna eclipsa si fuerit in Geminibus, euentus huma-
num genus inuasuros denunciat; item volatilibus in-
teritum minatur, ijs potissimum, quibus vescuntur homi-
nes, unde plurimi interitum sentient; item etiam fame,
& atrocissimas agritudines, morbosque pestilentes, pro-
cellososque ventos ingerere consueverunt, miseris mar-
tibus exitiosos.

Et Alb. dicit, quod si Luna est domina eclipsis, & fuerit in
Geminibus, significat destructionem vini: item multas
infirmi- tates in hominibus, & agritudines, & bubones,
significat etiam cadem magnam inter Reges, & vulgus,
& multum malum, multos latrones, multas angustias
aduementes Regibus propter inobedientiam militum eo-
rum eis; & multas guerras. [Vide supra.]

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem
gradib. Gem. incursiones, & rapinas hostium minatur.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Gem. repentinos exerci-
tium motus priuatarum publicarumq. reru sollicitatione.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Gemin. prestantis
fama viri obitum ostendit.

De Luna, quando est eclipsata in signo Cancr.

Luna eclipsa si fuerit in Cancro, in fructibus quan-
do colliguntur, & conseruantur putredo accidet
& vescentibus egrotationes; Item plebis, & turba
ignobilium interitus, diuturneque bellorum seditiones,
& aqua.

& aquatiliū maritimorum, & in equore degentium
perniciēs magna ingruet; Item etiā significat graui-
tatem frigoris, & nimias pluuias, præsertim si fuerit hi-
ems, si vero fuerit æstas significat temperamētū aeris,
& quam fortuna aspexerint Lunam, & eam receperint,
erit eius significatio super bonum, & proficuum.

Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit
in Cancro, significat, quod erit siccitas, & fames in ho-
minibus.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna in primis decem gradi-
bus Cancri, bellum omnino concitat.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Cancri, exactio-
nes acerbæ, tributa intollerabilia, & huiusmodi ope-
ra portendit.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Cancri, sexui mulie-
bri morbos, subitas miseriās, repētinasq. neces minatur.

De Luna, quando est eclipsata in signo Leonis.

Luna eclipsis si fuerit in Leone, fundamentorum rui-
nas, & turbas excitabit, & si Mercurius tunc fue-
rit iuxta Solem, erunt venti, hoc idem in oppositione.

Luna eclipsis cum fuerit in Leone, denunciāt armentorum,
pecudumque interitus magni Regis, seu Principis
exilia, carceres, aut internecionem inter plebeios, & po-
tentiores, odia, mutuas similtates, dissidia, magni exer-
citus motum, bella horrida, hominum strages, incendia,
furti, rapinas, & depopulationes, prægnantium abortus,
acutas febres, epidimiam ob aeris vredinem, & cauma-
ta frugum, sterilitatem, & annona penuriam, in regio-
nibus præcipue, quæ eclipsis signo subiiciuntur, excellen-
tem mutationem. [Sed vide obseruationes supra dictas.

Et Alb.

Et Alb. dicit: quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit in Leone, significat multam venditionem bestiarum, & magnum pretium earum in prosperam dispositionem eorum fructuum, item etiam accidet renouatio Regi, & permutabitur Rex de ratione ad regionem cum prosperitate plebis cum eo.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Leonis, vel celere[m] Regis alicuius infirmitatem, vel praclari cuiuspiam viri mortem adducit. Et si fuerit in secundis decem gradibus Leonis, Regis iter & aliquam rerum mutationem accesserit.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Leonis, exercitus populosus excitat ad res nouas (Sed quid secundum veritatem de huiusmodi continentibus, supra.

De Luna, quando est eclipsata in signo Virginis,

Luna eclipsis si fuerit in Virgine euentus humanum genus inuasuros denunciat, item in vegetabilibus, & aquaticis animalibus precipue fontium, ac fluuio[rum] corruptionem, & excidium obnuntiat: item etiam fructuum penuriam, & precipue frugum, satorumque continget quippe quod si spicifera videlicet Virgo, & arator Taurus, & in primis caper huiusmodi fructus comedere, & deuastare consueuerit.

Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit in Virgine, significat salutem hominum, & animalium cum utilitate bestiarum, & multitudine pluuiarum, & annone: significat etiam cede[m] magnam inter Reges, & vulgus, & multum malum, multos latrones, multas angustias aduenientes Regibus propter inobedientiam militum eorum eis, & multas guerras.

Et Proclus

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Virginis, agrotationes Regum inducit, atque hominum varias discordias, & seditiones.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Virginis, in consultores, scribas, & huiusmodi hominum forense genus perniciem parat.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Virginis, mortali- bus morbos affert. [Sed de his omnibus vide. quae sunt dicta supra.

De Luna, quando est eclipsata in signo Librae.

Luna eclipsata si fuerit in Libra, euentus humanum genus inuasuros denuntiat: item in seminibus, & herbis putredinem, & inter ecclesiasticos scismata: significat etiam famem, & atrocissimas agritudines, morbosque pestilentes, procellososque ventos ingerere consueuerunt miseris mortalibus exitiosos.

Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsata, & fuerit in Libra, significat mortem, & tristitiam, quae aduenient hominibus, significat etiam cadem cadere in Reges, & commixiones, & plantationes, & guerras in hominibus.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Librae, grandines, & sedas alias tempestates prouocat.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Librae, vitiligenis omnibus perniciofa est.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Librae, magni clan- goris interitum minatur.

De Luna, quando est eclipsata in signo
Scorpionis.

L Vna eclipsis si fuerit in Scorpione, fundamentorum ruinas, & turbas excitabunt, item plebis, & turba ignobilium interitus, diuturnaque bellorum seditiones, & aequatiliū maritimarumq; , & in equore degentium pernicies magna ingruent: significat etiam grauitatem frigoris, & nimias pluuias, praesertim si fuerit hyems, si vero fuerit aestas, significat temperamentum aeris, & quam fortuna aspexerint Lunam, & eam receperint, erit eius significatio super bonum, & proficuum. [Vide obseruantia supra dicta.

Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit in Scorpione, significat agritudines, & mortalitatem.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Scorpionis, horrenda tonitrua, & fulgura portendit, interdum & terremotum.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Scorpionis, oliuas, & aerem exsiccet, & febres astuosos facit.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Scorpionis, eadem minatur, ut supra dictum est, atque insuper inter mortales plurimum sauit morbo rixis seditionibus, cadibusque.

De Luna, quando est eclipsata in signo
Sagittarij.

L Vna eclipsis si fuerit in Sagittario, volatilibus interitum minatur, ijs potissimum, quibus vescuntur homines, unde plurimi interitum sentient. Et si Mercurius fuerit iuxta Solem erunt venti, hoc idem in Oppositione.

V

Luna

Luna eclipsis si fuerit in Sagittario denunciat armentorum pecudumque interitus, magni Regis, seu Principis, exilia, carceres, aut internecionem inter plebeios, & potentiores, odia, & mutuas similitates, dissidia, magni exercitus motum, bella horrida, hominum strages, incendia, jurtas, rapinas, & depopulationes, pręgnantium abortus, acutas febres, epidemiam ab aeris vredinem, & caumata, frugum, sterilitatem, & annonę penuriam, in regionibus præcipue, quę eclipsis signo subijciuntur, excellentem mutationem.

Et Alb. dicit, qđ si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit in Sagittario, significat detrimentum omnium animalium, & præcipue ouium, & detrimentum annonę, & destruentur hereditatũ redditus; significat etiam agritudines, & detrimentum omnium animalium, & præcipue auium, significat etiam excellentiam Regum, & prosperitatem nobilium, & detrimentum, & eadem in hominibus. [Sed lege supra dicta.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Sagittarij, latrocinia, & rapinas immittit.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Sagittarij, in equos, & in mulas defuit.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Sagittarij, pestem afflat, & mala inter mortales plurima.

De Luna quando est eclipsata in signo Capricorni.

L*una eclipsis si fuerit in Capricorno, olera deuasť abitur a locustis, seu vermibus, eruntque nauium submersiones, & morum mutationes, peculiariter in Regionibus, quę ijs subiacent syderibus: item fructuũ penuriam, &*

am, & precipue frugum, satorumque continget, quippe quod spicifera videlicet Virgo, & arator Taurus, & in primis caper huiusmodi fructus comedere, & deuastare consuevit.

Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit in Capricorno significat utilitatem annonæ, & prosperitatem potus, & victualium.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Capricorni, suggillationes in homines mouet, & præstantis alicuius viri perniciosam cadem ostendit.

Et si fuerit eclipsata in secundis decem gradibus Capricorni, crebros militum insultus, incurssiones crebras, latrocinia, & captiuitates.

Et si fuerit eclipsata in ultimis decem gradibus Capricorni Regis alicuius mortem, & seditionem.

De Luna, quando est eclipsata in signo Aquarij.

L Vna eclipsis si fuerit in Aquario, euentus humanum genus inuasuros denunciat; item fundamentorum ruinas, & turbas excitabunt; significat etiam famem, & atrocissimas egritudines, morbosque pestilentes, procellososque ventos ingerere consueuerunt, miseris mortalibus exitiosos.

Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fuerit in Aquario, significat multitudinem locustarum, & nouamentum, & redditus fructus orationis; Item mortalitates in hominibus; significat etiam cadem magnam inter Reges, & vulgus & multum malum, multos latrones, multas angustias aduenientes Regibus propter inobedientiam militum eorum eis, & multas guerras
[Sed circa hæc integra vide supra.

Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis decem gradibus Aquarij malam Regi copiam valetudinem indicat affuturum.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Aquarij, sementem ledit uniuersam.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Aquarij insignem rerum omnium mutationem facit, qua tamen quicumque grauiora perpeffi fuerint a malis liberentur.

De Luna, quando est eclipsata in signo
Piscium.

L Vna eclipsis si fuerit in Piscibus, in vegetabilibus, & aquaticis animalibus, precipue fontium, ac fluuio-
rum corruptionem, & excidium obnunciat; Item plebis
& turba ignobilium interitus, diuturnaue bellorum se-
ditiones, & aquatilium, maritimorumque, & in equo-
re degentium perniciēs magna ingruent; significat etiam
grauitatem frigoris, & nimias pluuias, praesertim si fue-
rit hyems: si vero fuerit aestas, significat temperamentum
aeris, & quam fortuna aspexerint Lunam, & eam rece-
perint, erit eius significatio super bonum, & proficuum,
Item significat multitudinem pluuiarum, & ab eis de-
trimentum.

*Et Alb. dicit, quod si Luna fuerit domina eclipsis, & fue-
rit in Piscibus, significat destructionem auium, & mul-
titudinem pluuiarum cum uilitate annonae; significat
etiam agritudines aduenire hominibus, & eos euadere
ab eis.*

*Et Proclus dicit, cum fuerit Luna eclipsata in primis de-
cem gradibus Piscium, Sacerdotibus, & edituis, Antisti-
tibusque luctum, & merorem affert.*

Et si

Et ſi fuerit in ſecundis decem gradibus Piſcium, magni præſtantique viri obitum ſignificat.

Et ſi fuerit in vltimis decem gradibus Piſcium, latrocinia, & rapinas, terra marique promiſcuas minatur. [Sed circa hæc contingentia, vide ſupra.

De Luna, quando eſt diſpoſitrix eclipſis

Luna, quando eſt domina, vel diſpoſitrix eclipſis, guerras, & combuſtiones ſignificat. hæc Alb.

Alij dicunt, quod, quando Luna eſt eclipſata in primis decem gradibus cuiuſlibet ſigni, ſignificat incendia, & ſcicitates.

Et quando in ſecūdis alijs decem gradibus cuiuſlibet ſigni, peſtem denotat.

Et quando in vltimis decem gradibus cuiuſlibet ſigni, ſconciamenta partium denotat.



DE QVOLIBET SIGNO

quando reperitur in prima domo, & hoc in
Eclipsibus, coniunctionibus magnis, &
reuolutionibus annorum mundi, vel
dicta eclipsis, & coniunctio ma
gna fuerit in dicto signo

Ascenden-
tis.

Et primo de signo Arietis.

Aries Cum fuerit ascendens alicuius eclipsis, vel ipsa
eclipsis fuerit in dicto signo Arietis, qui est in ascen-
dente, vel dictum signum Arietis fuerit ascendens con-
iunctionum magnarum, vel ipsa coniunctio magna fue-
rit in dicto signo Arietis, & in ascendente, vel fuerit di-
ctum signum Arietis, ascendens reuolutionis anni mun-
di, significat, quod in ciuitatibus, & terris, in quibus
erit Aries dominator, dicunt, quod Reges erunt magna-
nimi, fortissimi, & tyranni, flagellatores, & ciues uten-
tur multis armis, & erunt interfectiones, & pralia, &
combustiones in operibus, & multum indigebunt bestijs,
& erunt venti orientales, & occidentales, cum temperan-
tia aeris vernalis, aut quarta aestiualis, & erit Autum-
nus similis ei in qualitate, & erunt dolores oculorum, &
capitis, cum uehementia frigoris hyemis, & cum niue, &
præcipue apud descensum Solis in signum Libræ, & erit
• multitudo herbarum, & pascuorum, & aliquando me-
diocriter arborum, & erit corruptio in cibarijs propter
humiditatem, & inueniuntur messes arenales, cum pro-
speritate

spheritate caterorum fructuum, & aduenient agritudines secundum quantitatem annorum minoris reuolutionis Solis.

Et cum fuerit gr. ascendentis, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Arietis, significat multa tonitrua, & fulgura, & multos ventos.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Arietis, significat mediocritatem aeris.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Arietis, significat caliditatem.

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat calorem aeris, & humiditatis eius.

Et si incipit eclipsari a parte meridiei, frigiditatem significat.

De signo Tauri.

C*um fuerit in Tauro, significationes, quas narraui in Ariete. Apparenter erunt in regionibus, & ciuitatibus, ubi fuerit Taurus dominator, prodigia, & mala, quae accident hominibus, & erit fixitudo eorum super unum esse, & accident hominibus dolores gutturis, & inflationes, & erunt bubones, & tumores, & multiplicabitur desiderium in mulieribus, & delectatio, & erit magnum precium bouum, & quadrupedum, & annus erit forte mediocris, & forte erit siccitas in eo cum multiplicatione panis, & vini, fructus, & erunt venti orientales, & occidentales cum uehementia frigoris quarta uernalis, & bona complexione aeris quarta autumnalis, & erit quarta hyemalis calida, & multiplicabuntur niues in medio eius, & erit magnum frigus, & pluuia, & erunt tonitrua, & fulgura cum grandine destruyente, & erunt extensiones marium, & erit magna effusio sanguinis.*

Et cum

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Tauri, significat rumores terribiles, & flatus ventorum.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Tauri, significat multam frigiditatem, & multam humiditatem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Tauri, significat vehementiam caloris, multa fulgura, & corrusiones.

De signo Geminorum.

Cum fuerit in Geminibus, significatioes, quas prius narraui in Ariete, significat, quod apparebit in regionibus, & ciuitatibus, super quas est signum Geminorum dominator, inclinans, quod erit nimia consideratio in scientijs Philosophia, & Astronomia, & accidunt in eis egritudines hominibus, & dolores capitis, mors in animalibus cum multo flatu ventorum calidorum venenosorum in quarta aestiuale, & modico flatu in quarta autumnali, & multiplicabuntur pluuia in quarta hyemali, & significat multa tonitrua, & ventos horribiles destruentes redditum, & praecipue in parte meridionali, multiplicabuntur messes in pluribus climatibus, & erunt abortus praegnantium, & mors in pueris, & significat multitudinem fructuum, scilicet ordei, & dactylorum cum salute arborum.

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Gemin. significat humiditatem aeris.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Gemin. significat bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Gemin. significat mutationem eius.

Et si

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat ventos.

Et si incipit eclipsari a parte Meridionali, significat siccitatem, & calorem.

De signo Cancri.

Cum fuerint in Cancro, significationes, quas praedixi in Ariete significat, quod apparebunt in regionibus, & ciuitatibus super quas est signum Cancri dominator multitudo coeundi, & generandi filios, & erit fames, & paupertas per siccitatem, & erit timor de inimicis. Et erunt etiam bubones, & mors in hominibus, annus vero erit subtilis super homines propter multa, quae adueniunt in eo. Et erit augmentum aquarum cum frigiditate quartae vernalis, & mediocritate aeris quartae aestiualis, & erunt multi status ventorum occidentalium, & aquaeductus, & frigus uehemens in quarta hiemali, & temperantiam quartae autumnalis, & erit augmentum plantationum, & seminum, & indigebunt homines equis, & asinis, & erit mors in animalibus, & erit multitudo cibi, & potus.

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Cancri, significat rumores terribiles, & calorem aeris.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Cancri, significat pulcherrimam aeris commixtionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Cancri, significat statum ventorum.

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat uehementiam caloris.

Et si incipit eclipsari a parte Merid. significat illud idem.

De signo Leonis.

Cum fuerint significationes in Leone, quas prædixi in Ariete, significat, quod apparebit in ciuitatibus, & regionibus, super quas dominatur Leo, multitudo Regum, & tyrannorum cum fortitudine, & audacia, & strenuitate, & austeritate eorum, ac amore bellandi, & erunt in hominibus deceptiones tristitia, & angustia, & erit eis desiderium in auro, & argento, & in lapidibus præciosis, & accident hominibus agritudines, & præcipue in stomacho, & in ore cum aduentu bubonum, & multitudine mortis, & corroborabitur, & indurabitur super imprægnantes partus, & erunt multi lupi, & erit aer tenebrosus, & siccus, & erit aeris mediocritas quarta uernalis, & pro parte declinabit ad frigus, & erit uehemens calor in quarta æstiuale, & stabit in fine eius incessanter uentus, & erunt multa pluuia, & forte frigus in quarta hyemali, & pauci uenti in fine eius, & pauci fructus erunt arborum, & meliorabuntur plantata, & aquæ fontium minuentur.

Et cum fuerit gr. ascendens, uel locus eclipsis, uel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Leonis, significat uehementiam caloris, & erunt angustia.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Leonis, significat bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Leonis, significat humiditates, & rores.

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat aeris in-tationem, & caliditatem.

Et si incipit eclipsari a parte Meridionali, significat humiditatem aeris.

De signo Virginis.

Cum fuerint in Virgine, significationes, quas prædixi in Ariete, significat, quod apparebunt in ciuitatibus, & regionibus, super quas dominatur Virgo, magna abusus coitus contra legem, usus multarum scientiarum, nobilium, aut Rethorica, Dialectica delectationes, & etiã ocia, & multiplicabuntur in eis fames, & agritudines, & interfectiones, & erunt dolores gutturis, & multus fetus feminei, cum difficultate partus, & erit aer tenebrosus successive, & quarta vernalis erit multarum pluuiarum, & niuium cum vento incessante Septentrionali, & prosperabitur aer æstiuus, & erit quarta autumnalis mediocris, & principium quarta hyemalis mediocre, & erit finis uehementer frigus, cum ventis Septentrionalibus, & erit augmentum fluuiorum, & præfectus reddituum, & hereditatum, & maxima fructuum oliuarum.

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Virginis, significat calorem aeris.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Virginis, significat bonam complexionem eius.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Virginis, significat humiditatem aeris.

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat ventorum flatum.

Et si incipit eclipsari a parte Merid. significat bonam aeris commixtionem.



De signo Libræ.

Cum fuerint significationes in Libra, quas prædixi in Ariete, significat, quod apparebit in ciuitatibus, & regionibus, in quibus dominatur Libra, pulchritudo corporum hominum, fabricatio domorum, & seruitutes earum cum largitate eorum, & iustitia & æquitate, & acceptione, & donatione cum vsu Arithmetica, & Geometria, & cum gaudio, cantu, & melodia, & delectatione & letitia, & cum multitudine pecunie, & edificabunt homines ciuitates, domos, & viridaria, & loca amena, & obscurabitur aer successiue, & erunt multi venti in quarta uernali, & multi venti calidi, & uenenosi in quarta æstiuale, & equaliter erit in quarta autumnali, mediocriter in quarta hiemali.

Et cum fuerit gr. ascendens, uel locus eclipsis, uel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Libræ, significat bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Libræ, significat bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Libræ, erit bonam aeris complexionem.

Item si luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat flatum uentorum.

Et si incipit eclipsari a parte Merid. significat multitudinem nebulæ.

De signo Scorpionis.

Cum fuerint in Scorpione significationes, quas prædixi in Ariete, significat, quod apparebunt in regionibus, & ciuitatibus super quas dominatur Scorpio, Reges formosi multa expendentis ingenia pauca in rebus, in quibus

quibus prostrabuntur, & erunt multa praelia, & depredationes, plantus, tristitia, carceres, & perditiones, & interfectiones & agritudines, & accident successive tenebrae in aere, & erunt multa pluuia in quarta vernali, & calida, & nubes erunt pauca in ea, & pluuia, & ventus, & frigus paucum, & erunt aestas, & autumnus temperati, sed erit frigus in hieme, & flabunt in medio eius venti occidentales, & multiplicabuntur in eo pluuia, & aquaeductus magnus, & erit multitudo annonae, & messium, & erunt destructiones pascuorum post destructionem niuii, & erit multitudo bestiarum, aquae, & vermium terrae, & nocumentum hominibus ab eis, & significat multum timorem in pluribus terris, sed paucam interfectionem, multam mortem puerorum, & mulierum, & quadrupedum, & annus erit semper prosperus pregnantibus, sed infortuna erunt multa in ambulansibus, & in animalibus.

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Scorpionis significabit nubes.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Scorpionis, significabit bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Scorpionis significat molliciem aeris, & calorem.

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat caliditatem aeris.

Et si incipit eclipsari a parte Merid. significat illud idem.



De signo Sagittarij.

Cum fuerint in Sagittario, significationes, quas praedixi in Ariete, significat, quod apparebunt in ciuitatibus, & regionibus super quas dominatur Sagittarius, fortitudo Regum, & nobilium, & prouidentia eorum, & aliorum ex populis multa fraus, & ingenium, largitas, & congregatio pecuniarum, & dispersio earum mundicia in cibo, & potu, & indumento, & in omnibus rebus, & erunt agritudines multae, & infirmitates ex sanguine, & erit dolor impraenatarum, & erunt multi lupi, & multae bestiae nociuae, & quarta uernalis erit multarum nubium, & pluuiarum, & ventorum, & quarta autumnalis temperaturum ventorum, & quarta hyemalis frigida, & humida erit, & erit multitudo bouum, panis, & vermium terra, & forte significat destructionem spicarum.

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Sagittarij, significat humiditatem aeris.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Sagittarij, significat bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Sagittarij, significat caliditatem eius.

Item si luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat ventos.

Et si incipit eclipsari a parte Merid. significat humiditatem aeris, & velocitatem.

De signo Capricorni.

Cum fuerint in Capricorno significationes, quas praedixi in Ariete, significat, quod apparebunt in regionibus

nibus, & ciuitatibus super quas dominatur Capricornus multa concupiscentia in mulieribus, & coitus, desiderium, acuitas, leuitas in operibus irae, & angustia, mendacium, iniuria, fraus, & abscissio vite, & erunt multi bubones, & erunt multa pluuia, in quarta uernali bonus aer in quarta autumnali, & cum statu ventorum orientalium, & erit caliditas quarta autumnalis, & temporum eius cum mediocri frigore in principio quarta hyemalis, & constrictionem eius in fine eius, & corruptionem arborum, & plantarum, & erit annus mediocris, neque bonus, neque malus,

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Capricorni, significat caliditatem aeris

Et si fuerit in secundis decem gradibus Capricorni, significat bonam eius complexionem.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Capricorni, significat bonam eius complexionem.

Item si Luminare incipit eclipsari a parte Septentr. significat humiditatem aeris.

Et si incipit eclipsari a parte Merid. significat etiam humiditatem aeris.

De signo Aquarij.

Cum fuerint in Aquario, significationes, quas praedixit in Ariete significat, quod apparebunt in regionibus, & ciuitatibus super quas dominatur Aquarius, edificationes ciuitatum, & aliarum rerum fortium quae adificuntur, & concauationem fluminum, & arborum plantationes, & aduenient ambulantes damna, & erit quarta uernalis mediocris in frigore, cum uehementia caloris,

ris in quarta aestuali, & cum declinatione quartæ autumnalis ad calorem, & multiplicabuntur in ea corrusionones, tonitrua, & pluuia, & augmentabitur frigus in quarta hiemali cum multis niuibus, & ventis orientabilibus, & nocebunt humiditates vineis, & erit annus fertilis, & augmentabuntur annonæ, & multiplicabuntur locustæ, & consequetur omnis existens terra super littora maris, & super ripas damna, & mala, siccitates, & agritudines, & similia.

Et cum fuerit gr. ascendens, vel locus eclipsis, vel alicuius Coniunctionis in primis decem gradibus Aquarij, significat humiditatem aeris.

Et si fuerit in secundis decem gradibus Aquarij, significat commixtionem aeris.

Et si fuerit in ultimis decem gradibus Aquarij, significat multitudinem status ventorum.

Item si luminare incipit eclipsari à parte septentr. significat ventos.

Et si incipit eclipsari à parte Merid. significat, nubes.

De signo Piscium.

Cum fuerint in Piscibus, significationes, quas prædixi in Ariete, significat, quod apparebunt in regionibus, & ciuitatibus super quas dominantur Pisces exercitium in Theologia, & in decretis, & multa sponsalitia, & etiam familiaritas hominum, & solatium adinuicem & bonum commercium inter eos, & erunt inter eos agritudines, & lupi, & erunt pluuia, & aquæ, & concauationes fluminum, & plantationes arborum cum multis substantijs aquaticis sicut margaritæ, & gemmæ, & erunt agritudines cum ulceribus, & habebunt prægnantes nocuumentum

mentum, & erunt multi inimici in pluribus Horizontibus, & erit annus fortis per bella in eo, & erit interfectio mors, & timor, & rumores terribiles in pluribus climatibus, & significant multos ventos occidentales, & pluias in quarta vernali, & vehementiam caloris in quarta estivali, & mediocritatem aeris in quarta autumnali, & multum frigus in quarta hiemali, & prosperabitur agricultura, & multiplicabuntur fructus, & panis cum pauca reseruatione.

Et cum fuerit grad. ascendens, vel locus Eclipsis, vel alicuius coniunctionis, in primis 10. grad. Pisc. significant bonam aeris complexionem.

Et si fuerit in secundis 10. grad. Pisc. significant humiditatem aeris.

Et si fuerit in ultimis 10. grad. Pisc. significat caliditatem.

Item si luminare incipit eclipsari à parte Septentr. significant ventos.

Et si incipit eclipsari à parte Merid. significans humiditatem aeris. (Sed de his contingensibus vide que supra.



De significationibus specialibus 12. Domorum

Postquam in capitulis huius tractatus determinatum est de significationibus specialibus signorum. Iam in hoc capitulo intendo determinare de significationibus specialibus 12. Domorum, & dico quod ratio propter quam sapientes antiqui sciuerunt 12. domos est eadem ratio qua sciuerunt 12. signa, quia linea circuli Horizontis, & linea meridiei diuidunt hora qualibet firmamentum per quatuor partes, & sunt loca partium dicti. Anguli quatuor, eo quod hi quatuor puncti similes sunt quatuor punctis temporibus anni.

Et postquam anni primum principium naturale est primus punctus Arietis conuenit, ut hic punctus ascendat in ascendente, & puncti quatuor temporum anni sint in linea meridiei, & in linea Horizontis, similiter propter similitudinem nature eorum signorum, que erunt in illis punctis, quoniam quando unum fuerit mobile omnia quatuor erunt mobilia, quando unum erit fixum, omnia quatuor erunt fixa, & quando unum erit duorum corporum, sic erunt omnia quatuor.

Amplius cum Planeta in Horizonte Orientis fuerint virtus ab eis proueniens extenditur recta linea ad omnia, que sunt in toto Horizonte, sicut est de radijs Solis, qui lucere faciunt totum Horizontem, hora qua Sol ascendit ad ascendens. Idem est de virtute anguli medij celi, quia cum Planeta sunt, ibi linea radiorum suorum, que veniunt ad punctum Horizontis, sunt equales, cum illis, que veniunt ad punctum alium suum oppositum, & omnino erunt sic longe ab Occidente, sicut ab Oriente, & propter hoc conuenit, ut quatuor anguli habeant vim magnam, pro ut habent principia quatuor temporum anni, & postquam

ita est, ut dixi conuenit ut firmamentum se deponat hora qualibet in 12 partes rationibus ante dictis.

Et scias, quod partes orbiculares, forsitan diuiduntur in duobus signis, id est quod principium alicuius ex domibus aliquando est in principio alicuius signi, & erit illa domus similiter in eodem signo.

Et aliquando incipit in alia parte alicuius signi, & finit in alio signo.

Scias etiam, quod semper incipiendum est à gradu illo, vel minuto, à quo incipit usque in illam in quo finit, siue continuat domus unum signum, siue plura, & directiones incipiunt ab illo gradu, à quo incipit domus, & non ab aliquo alio.

Scias etiam, quod omnis domus, quæ in initio quarta fuerit angulus dicitur, & domus secunda, quæ angulum succedit, succedens dicitur, tertia uero domus ab angulo, dicitur recedens, uel cadens ab angulo.

Prima igitur domorum circuli est, cuius initium ascendit ab hemisphærio Orientis, & quæ eam in ortu subsequitur, est domus secunda, deinde domus tertia, & sic deinceps. Et sic constituitur quantitas cuiuslibet domus, secundum quantitatem hora temporalis.



Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnæ quando accidunt in qualibet 12. domorum quid significant.

In prima Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnæ, cum fuerint in prima domo, significant quod apparebit in regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi bonitas, & inceptions in operibus, & renouatio rerum, & complementum earum, & multitudo comestionis, & potationis, & emptionis, & venditionis. (Sed supra dicta, & sequentia post, & obserua, quemadmodum in Bulla Sixti PP.V.)

Et si in secunda Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnæ cum fuerint in secunda domo, aut Planeta, dispositio fuerit ibidem, apparebit in Regionibus, quarum significationes sunt illius signi, multa venditio, & emptio, & acquisitio census, & erit multa concupiscentia in hominibus.

Et si in tertia Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnæ, cum fuerint in tertia domo, aut Planeta, dispositio fuerit ibidem, significant, quod apparebit in Regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi, multum benefacere homines parentibus suis, & significat

gnificat equitatem, & mansuetudinem, & exercitium in theologia, & in philosophia, & in scientijs legum.

Et si in quarta Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnae, cum fuerint in quarta domo, significat quod apparebit in Regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi, fabricationes Ecclesiarum, usurpatio hereditatum, prouidentia in his que succedunt post mortem, honorabuntur patres, & senes.

Et si in quinta Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnae, cum fuerint in quinta domo, significant quod apparebit in Ciuitatibus, & Regionibus, quarum significationes sunt illius signi, multa fornicatio, & concupiscentia in mulieribus, & in filijs, & amicis gaudium, & latitia, & consideratio in rebus antiquis, & in fabricatione Ciuitatum, & usurpatio reddituum.

Et si in sexta Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnae, cum fuerint in sexta domo, significant quod apparebit in Ciuitatibus, & Regionibus, quarum significationes sunt illius signi, heresis, & cultus idolorum, & similia, & dicunt erunt mulieres meretrices, infirmitates, & itinera multi labores, & fatigationes, & homines erunt sodomita, & erit inuidia multa, & ammissio in matrimonijs.

Et

Et si in septima Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magna, cum fuerint in septima domo, significat quod apparebit in regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi multa concupiscentia in mulieribus in nuptijs, & in pragnatio multa, alteratio rerum, negotiatio hominum inter se concupiscentia, in uenatione, emptione, & uenditione.

Item luminarium defectus existente in domo septima legum institutionum sectarumq; mutationes, & senectas casus seu mors senioribus.

Et si in octaua Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magna cum fuerint in octaua domo significant, quod apparebunt in Regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi multa infirmitates, & mors, & interfectio acquisitio census, & erunt multa bella, & rumores.

Item luminarium defectus existente in domo octaua legum institutionum sectarumq; mutationes, & senectas casus, seu mors senioribus.

Et si in nona Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magna, cum fuerint in nona domo, significant quod apparebunt in Regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi multa egritudines mors, & consideratio in sciētij diuinis, et in philosophicis, & in astronomia,

nomia, & ingenijs, & in operibus manualibus cum multis itineribus, & permutatione, & validitate ventorum. Item luminarium defectus existente in domo nona, Regibus, Principibus, & Ecclesiasticis, in virili praesertim aetate constitutis mortem obnuntiat.

Et si in decima Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magna, cum fuerint in decima domo, significat quod apparebunt in Regionibus, & Ciuitatibus, quarum significaciones sunt illius signi Reges, magni, & famosi, & milites strenui, & audaces, & acquisitio Regum, & fama, & laudis, & erunt artificia extranea, & mirabilia.

Item luminarium defectus existente in domo decima, dicunt quod Regibus, Principibus, & Ecclesiasticis, in virili praesertim aetate constitutis mortem obnuntiant. (Sed haec ex Dei voluntate dependent.)

Et si in vndecima Domo.

Locus Eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magna, cum fuerint in vndecima domo, significant quod apparebit in Ciuitatibus, & Regionibus, quarum significaciones sunt illius signi sollicitudo, & multa cogitationes, multitudo amiciciae, & venditionis, & emptionis datio, & acceptio largitatis, & subtilitatis in artificijs, veritas, spes, & fidelitas.

Item luminarium defectus existente in domo vndecima, multa corruent aedificia fructus destruuntur iuvenes, & adolescentes plerique interitum degustabunt.

Et si in duodecima Domo.

Locus Eclipsit luminarium, vel locus coniunctionis magna, cum fuerint in duodecima domo, significant quod apparebit in Regionibus, & Ciuitatibus, quarum significationes sunt illius signi, iniuria, timor, & angustia, eleuatio seruorum, & infirmorum usus rerum malorum, & vilium, & erunt rebelles, & insurgentes in Reges iniustitia, latrocinia, peregrinationes, & erunt multa infirmitates, & azemena, idest debilitates corporum. (Sed de contingentibus liberis consentit Bull. Sixti V.)

Item luminarium defectus existente in domo duodecima, multa corruent aedificia fructus destruentur iuuenes, adulescentes pleriq; interitum degustabunt.



H Ali Rodoan super cap. 6. lib. 2. quadripar. Ptol. in sua
 comentatione dicit quod duo luminaria sunt principa-
 les Domini, siue Principes super omnes alias Stellas. Ista
 autem Eclipsis fuit in Martio eiusdem anni 1345. com-
 pletis de Martio 18. diebus, & 9. horis, & 28. minutis, &
 fuit Luna in 7. gr. Libr. Dominus ergo loci Eclipsis, siue
 Planeta, in eo magis dominium obtinens fuit Satur. eo
 quod habet ibidem exaltationem triplicitatem terminū,
 & similiter est de illius haiz, & ideo preponitur Ven.
 non obstante quod Libr. sit domicilium Ven. quia ipsa
 non habet ibi plures dignitates nisi domum, & prater hoc
 est alterius haiz.

Satur. ergo dominabatur in loco Eclipsis, qui significauit iux-
 ta sententiam Ptol. 2. lib. quadripar. cap. 8. multa bella, &
 fuga in eis multas infirmitates, & longas, & magnam
 mortalitatem in hominibus, & animalibus frigus vehe-
 mens, & multas pluuias, & niues temporibus suis ventos
 validos, & magnos detrimentibus nauigantibus, ma-
 gnam corruptionem aeris, caritatem magnam annonæ,
 & fructuum per frigus, & pluuias multas, & per vermes
 vnde accidit mortalitas hominum, & detrimentum si-
 gnificans annonæ, & fructibus in collectione eorum in
 Autumno ex causis predictis, eo quod locus Eclipsis fuerat
 Libr.

Et breuiter Satur. habuit quasi maxima dominia in isto ca-
 su quod potuit habere, nam ipse Satur. fuerat Dominus
 loci coniunctionis magnæ, Satur. & Iup. quæ fuit post
 Eclipsim per duas dies, 9. horas, & similiter ipse Satur.
 fuit Dominus coniunctionis Satur. & Mars. & similiter
 coniunctio Iouis, & Martis, quæ fuerunt in eodem mense,
 tunc quoque duorum luminariū Eclipsis predictæ coniunctione
 præfuit utraq; fuerit magnæ significatiōis, ut dicitur pulchre

Et Saturnus similiter fuit Dominus istius anni, & illius quarta, in quibus fuit Eclipsis, secundum Alb. in suo lib. de floribus, & similiter in suo lib. experimentorum, & præter hoc dicitur mansit in Capri. & in Aquar. quæ sunt eius domus per tres annos, & quatuor menses continuè ante Eclipsim, Nam ita quod non recessit ab eis in isto tempore.

Mercurius similiter fuit in hora Eclipsis Orientalis, & directus, & præter hoc hæc omnia fuit ipse Saturnus in tempore Eclipsis, maxime fortis, & disposuit effectum Eclipsis, in his omnibus, quæ iam dixi fortissimè secundum naturam suam.

Participant quoque in significatione Eclipsis, secundo loco Domini, angulo præcedente Eclipsis, sed in medio Cæli, in quo dominatur Sol, unde in principio temporis significationis Eclipsis, ipse Sol temperabat malitiam, Saturnus & etiam Martis & Mercurii, qui similiter dominabatur in Eclipsis, ut patebit in medio significationis Eclipsis.

Mercurius vendicat sibi dominium, eo quod Venus in medio Cæli, fuit in angulo præcedente Eclipsis, ipse vero Mercurius licet particeps in natura cum Planetis, & Stellis, cum quibus existit, nihilominus de sui natura est malevolus, & omnia opera eius sunt mala, & infortuna, ut dicit Haly Rodian in suo commento 2. lib. quadrip. Ptol. cap. 8. ipse enim Mercurius secundum sententiam Ptol. significat in tempore sibi conveniente magnas infirmitates siccas in hominibus, ut febres quotidianas tusses, & flegmas, & etiam significat detrimenta in animalibus, quibus utuntur homines, & præcipuè in ovibus, & in animalibus quadrupedibus, & quod fuit locus eius Aries similiter donat subtile ingenium in hominibus dicunt iudicari, & detrimenta Ecclesijs, & mutationes legum, & morum, (sed de his contingētibus vide supra,) & multos vètos turbinosos, & repen-

tinis, & festinas variationes, & tonitrua, & corrosio-
 tiones, & terremotus, & significauit diminutionē aquarū
 fluminum, quoniam in tempore Eclipsis, fuit ipse sub ra-
 dijs Solis, & significauit multa latrocinia, & detrimentū
 in mari, eo quod fuerit in hora Eclipsis in eodem signi-
 cum Satur. & Mart. & quia iungebatur duobus infer-
 tunis, quarū utraque dominabatur in Eclipsi, significauit
 eadem mala in tempore sibi conuenienti, quae significauit
 Mart. & Satur.

Et quia Mars, ut dicetur, significat bella, ipse Satur. signi-
 ficauit illa fieri per insidias, & occulta, in fine vero tem-
 poris significattonis Eclipsis dominabatur, eo quod in fine
 Eclipsis fuit Libra in medio Cæli, & significauit ea quae
 prius, & eo fortius quia dominabatur tunc temporis du-
 pliciter, scilicet in isto toto tempore virtute sui domini
 utilis, & in ista parte temporis specialiter.

Tertio loco participabatur in significatione Eclipsis Domini
 anguli sequētis Eclipsis, eo quod in principio Eclipsis fuit
 Libra in ascendente, & ideo in illo tempore fortiter appa-
 ruit significatio Eclipsis, siue effectus eius, in medio vero
 istius temporis dominabatur Mars, eo quod in medio
 Eclipsis fuit Scorp. in ascendente, & significauit secundū
 Ptol. magnam siccitatem, & mortem repētinam, & mul-
 tas febres in hominibus, multa bella rixas, & iras Regū,
 & transgressiones legum, combustiones, interfectiones, &
 rapinas, magnum calorem, magnos ventos, & fulgura,
 multa, paucitate bestiarum, & fructuum, pranimio calo-
 re, & siccitate, unde quādo Mars in significatione mul-
 tum concordat cum Mercur. & Mercur. similiter dispo-
 nit medium istius temporis significationis Eclipsis, ideo
 fortius apparuit effectus, & similiter quia in siccitate, &
 in bellis, & in caristia, & mortalitate, concordat Mars

cum Satur. ideo in huiusmodi effectibus fuit eius significatio, fortior in medio temporis significationis Eclipsis, in fine vero illius temporis dominabatur Iupp. eo quod Saturnus fuit in fine Eclipsis ascendens, & ipse tunc temporis aequaliter malitia, Satur. in fine illius temporis, & praecipue in qualitate aeris, & in caristia, & mortalitate, & infirmitatibus, cum Satur. fuerit principalis Dominus, & leo maximum dominium fuerat attributum ei.

Quarto loco participabat in significatione Eclipsis Stellae fixae in directo signorum, & principalium praedictarum videlicet Lib. Aquar. & Aries, sed illae Stellae pro maiori parte conueniunt secundum intentionem Ptol. naturis Satu. Mar. & Mercur. sicut patet ex observationibus Ptol. & ideo addiderunt in significationibus eorum.

Ex praedictis ergo patet, quod illa Eclipsis significauit bella maxima, & combustiones, & praelia magna, mortalitatem, & infirmitates multas, & magnas de natura Sat. Mar. & Mercur. & magnam corruptionem aeris, & caristiam magnam ex siccitate, & in aliquibus locis ex frigiditate, & humiditate, & aliquando, & in quibus locis ex siccitate, & caliditate, magnas pluias, & niues, & ventos, & tempestates validas, & tonitrua coruscationes, & magnum frigus, & magnum calorem temporibus suis, magnum detrimentum in animalibus pertinentibus ad usum hominum, & praecipue in ouibus, & magnum detrimentum in mari, & etiam fluminibus. Et haec omnia accident post Eclipsim, & propter dominia Mar. Satur. & Mercur. in temporibus praedictis, sicut satis experti fuerint homines qui fuerant temporibus istis. Nam sicut dicitur post tempestationis effectus Eclipsis, & similiter effectus conjunctionis magnarum quae tunc accidebant, debuit contineri per sex annos, & sex menses, ut in principio istius temporis

poris satis apparuerunt effectus prædicti de natura Satur.

Nam in eodem anno Christi 1345. in quo fuit Eclipsis, accidebant magna tempestates, & venti validi, magna pluvia, & inundationes, & hæc acciderunt per totam æstatem illius anni, & similiter per totum Autumnum, in tantum quod in Regionibus Septentrionalibus segetes eiusdem anni, & fere omnes fructus putrescebant super terram præ nimio humore, & accidebat in illo anno magnū detrimentum in fructibus terræ, & annis duobus sequentibus erat magna caristia in pluribus Regionibus, & duravit per maiorem partem anni 1346. & accidebat eodē anno mortalitas in ouibus.

Et anno Christi 1346. in mense Augusti in 28. die eiusdem mensis, commissum erat prælium acerrimum, iuxta villam Cressia inter Philippum Vualesium, & Regem Angliæ, qui prædebat se Regem Franciæ, in quo prædictus Philippus deiectus est, & cum eo filium Regis Boemiæ. electus à Summo Pontifice in Imperatorem. Rex quoque Boemiæ illustris in illo prælio erat interfectus, & quamplures nobiles de Regno Franciæ alij interfecti, & alij miserabiliter capti. Et propter hoc in eodem anno in mense Octobris, die 17. eiusdem mensis, scilicet in vigilia Sancti Lucae, eueniente commissum erat prælium magnum in parte Boreali Angliæ, iuxta Ciuitatem Dundunæ, inter residuos Anglicos qui fuerunt, tunc dimissi in partibus, vel ad custodiendum Marchium Scotiæ, & Regem Scotiæ cum toto exercitu suo, & in illo bello fuit Rex Scotiæ captus, & carceri Regis Angliæ mancipatus, & plures Scoti, cum eo alij capti, & alij interfecti, & in multis alijs terris erunt tunc temporis magnæ seditiones, & interfectiones, quas nimium superfluum esset narrare.

Ad

Amite heretici in Boemia oriuntur, qui nudi (ut dicitur) cum feminis conueniebant. Bern. Luth.

anno 1347. & 1348. accidebat magna mortalitas hominum, & pestilentia, qualis antea non fuit visa.

Item tēpore Caletum 3. Non. Augusti 11. obsidionis mense à Gallis Edoardo Tertio Regi Anglia deditus, Ciues incolumes dimissi nobilibus aliquot ad penam reseruatis, quibus Regina grauida veniam vitamque impetrauit Geo. Li.

Ioannes Vuiclefius in Anglia suam heresim disseminauit.

ino igitur 1348. fuit maximus timor inter homines, & non fuit magna spes de cessatione illius mortis, & accidebant tunc multae febres acutae, & apostemata, ex quibus homines moriebantur maxime, & multa alia mala de natura Mart. & Mercur. & timuerunt homines tunc temporis alia multa mala esse ventura.

m in Bulla Sanctissimi D.N. bon. mem. Sixti PP.V. caueatur ne possint fieri iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, & successibus fortuitisq; casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus, quibus aliquid euenturum affirmetur, & si non certo &c. propterea protestor in huiusmodi scriptis meis, si quae sunt allata ab Astrologis Ptolomeo, Proclo, & alijs, esse omnia iuxta dictam Bullam contingentia, & eorum positiones relatiuè à me esse adductos, & etiam consultatos, solum intentionis meae fuit de huiusmodi differere prouiuandis Medicis, Nautis, & Agriculis.

Ego Ioannes Antonius Giuffus V.I.D.

643523



Imprimatur.

Alexander Episc. Carin. & Vicar. Gener. Neap.

Alexander Ruffus Canonicus Deput. S.T.D. & V.I.D.

Fr. Dominicus Graulina Ord. Præd. Cur. Archiep. Theol.
approbat.



NEAPOLI, Ex Typographia Octavij Beltrani.

MDCXXIII.

1872

1873

1874

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

1896

1897

1898

1899

1900

REPRODUCED FROM THE
MEXICAN

I N D E X

R E R V M O S T E N D E N S , Q V A E I N
V N O Q V O Q V E C A P I T E , Q V A E
D E E C L I P S I B V S A G I T
E X P L I C E N T V R .



*I*n pronosticatione eclipsim quatuor principaliter sunt consideranda. Fol. 1

Quomodo inuenitur tempus quando luminarium eclipses incipiunt suos producere effectus. 5

Eclipsis solis, quando incipit suos producere effectus, etiam cum suis tabulis. 11

Eclipsis luna quando incipit suos producere effectus, etiam cum suis tabulis. 15

Futurorum accidentium naturalium tempus quomodo colligitur, etiam cum suis tabulis. 18

Maior fortitudo significationis eclipsis solis, & luna in quo tempore precise erunt. 24

Tabula reducendi hor. min. & sec. cuiuslibet diei, & noctis in tres partes. 28

Quomodo scietur quantum durabit prima pars maioris fortitudinis significati eclipsis solis quantum secunda, & tertia pars dicti significati, & in quo tempore supra dictarum trium partium erit maioris fortitudinis. 29

Tabula reducendi annos, dies, & horas in tribus partibus. 34

Tabula numerorum omnium mensum. 36

Qualiter sit pronosticandum de effectibus, qui significantur per eclipses ex colore luminarium. 38

A a

Colores

<i>Colores in solaribus deliquijs quomodo cognoscuntur .</i>	40
<i>Tabula colorum solaris eclipsis .</i>	40
<i>Ad presagiendum colorem lunaris corporis in ipso deliquio luna cum duobus tabulis .</i>	41
<i>Mora luna in tenebris t̄pre uniuersalis deliquij lunę .</i>	44
<i>Tabula lunaris more in tenebris tempore uniuersalis deliquij luna .</i>	45
<i>Tabula de Asterismis signorum, & quomodo scire debet in quo Asterismo signorum Planeta reperitur, & si est in principio, medio vel sine dicti Asterismi .</i>	46
<i>Dominus, vel Dispositor, vel Dominatio Stellarum erraticarum in eclipsibus quomodo colligitur .</i>	48
<i>Saturnus si solus deliquij dispositor fuerit quid signif. .</i>	49
<i>Iuppiter, solus deliquij dominus, quid significat .</i>	50
<i>Mars solus deliquij dominus quid significat .</i>	50
<i>Venus domina deliquij quid significat .</i>	51
<i>Mars dominus deliquij quid significat .</i>	52
<i>In quibus Terris, & Prouincijs cōtinget effectus eclips. .</i>	53
<i>Effectus eclipsis in quo genere rerum cōtinget, & Angulus præcedens, & sequens eclipsim qualis erit .</i>	55
<i>De significationib. partiũ suę imaginũ celi in eclipsi, quid significant, & quid etiam significant planeta gubernatores eclipsis in signis, & imaginibus celi .</i>	62
<i>Qualiter sciemus quę res accidet per eclipsim siue bona, siue mala .</i>	68
<i>Tabula quinque essentialium dignitatum planetarũ .</i>	73
<i>Tabula eclipsim luminarium incipiendo ab anno 1621. & durat vsque & per totum annum 1654. .</i>	75
<i>Duodecim signa in celo quomodo à nobis cognoscuntur, & quę Regiones, & Ciuitates sunt illis subiecta .</i>	77
<i>Et primo de signo Arietis .</i>	77
<i>De signo Tauri .</i>	77

<i>De signo Geminorum.</i>	78
<i>De signo Cancris.</i>	78
<i>De signo Leonis.</i>	78
<i>De signo Virginis.</i>	79
<i>De signo Librae.</i>	79
<i>De signo Scorpionis.</i>	80
<i>De signo Sagittarij.</i>	80
<i>De signo Capricorni.</i>	80
<i>De signo Aquarij.</i>	81
<i>De signo Piscium.</i>	81
<i>Quantitas diei, vel noctis item semidiurnus, & seminoct.</i> <i>quomodo per suam tabulam inuenire potest.</i>	82
<i>Tabula quantitatis dierum, & hoc à gr. vno vsque ad gr.</i> <i>90. altitudinis poli.</i>	85
<i>Tabula radiationum signorum.</i>	93

De Saturno in quolibet Signo.

<i>De Saturno quando est dominus eclipsis, & est in signo</i> <i>Arietis.</i>	94
<i>Et si in signo Tauri.</i>	94
<i>Et si in signo Geminorum.</i>	95
<i>Et si in signo Cancris.</i>	95
<i>Et si in signo Leonis.</i>	96
<i>Et si in signo Virginis.</i>	96
<i>Et si in signo Librae.</i>	97
<i>Et si in signo Scorpionis.</i>	98
<i>Et si in signo Sagittarij.</i>	98
<i>Et si in signo Capricorni.</i>	98
<i>Et si in signo Aquarij.</i>	99
<i>Et si in signo Piscium.</i>	99

I N D E X

<i>De saturno quando est dispositio eclipsis .</i>	100
<i>De Ioue in quolibet signo .</i>	
<i>De Ioue quando est dominus eclipsis, & fuerit in signo Arietis .</i>	105
<i>Et si in signo Tauri .</i>	105
<i>Et si in signo Geminorum .</i>	106
<i>Et si in signo Cancris .</i>	106
<i>Et si in signo Leonis .</i>	107
<i>Et si in signo Virginis .</i>	107
<i>Et si in signo Librae .</i>	107
<i>Et si in signo Scorpionis .</i>	108
<i>Et si in signo Sagittarij .</i>	108
<i>Et si in signo Capricorni .</i>	108
<i>Et si in signo Aquarij .</i>	109
<i>Et si in signo Piscium .</i>	109
<i>De Ioue quando est dispositio eclipsis .</i>	132

De Marte in quolibet signo .

<i>De Marte quando est dominus eclipsis, & in quolibet signo, & primo in signo Arietis .</i>	110
<i>Et si in signo Tauri .</i>	110
<i>Et si in signo Geminorum .</i>	111
<i>Et si in signo Cancris .</i>	111
<i>Et si in signo Leonis .</i>	112
<i>Et si in signo Virginis .</i>	113
<i>Et si in signo Librae .</i>	114
<i>Et si in signo Scorpionis .</i>	115
<i>Et si in signo Sagittarij .</i>	115
<i>Et si in signo Capricorni .</i>	116
<i>Et si in signo Aquarij .</i>	116
<i>Et si in signo Piscium .</i>	117
<i>De Marte quando est dispositio eclipsis .</i>	118

De

De Sole in quolibet signo.

<i>De Sole quando est eclipsatus in quolibet signo, & quid in primis 10. gr. & quid in secundis, & ultimis 10. gr. cuiuslibet signi, & primo in signo Arietis.</i>	119
<i>Et si in signo Tauri.</i>	120
<i>Et si signo Geminorum,</i>	120
<i>Et si in signo Cancri.</i>	121
<i>Et si in signo Leonis.</i>	122
<i>Et in signo Virginis.</i>	122
<i>Et si in signo Libræ.</i>	123
<i>Et si in signo Scorpionis.</i>	124
<i>Et si in signo Sagittarij.</i>	124
<i>Et si in signo Capricorni.</i>	125
<i>Et si in signo Aquarij.</i>	126
<i>Et si in signo Piscium.</i>	126
<i>De sole quando est dispositio eclipsis.</i>	127
<i>De sole quando eclipsatur in primis 10. gr. cuiuslibet signi & quando in secundis, & tertijs 10. gradib. secundum alios.</i>	127

De Venere in quolibet Signo.

<i>De Venere quando est domina eclipsis, & in quolibet signo & primo in signo Arietis.</i>	128
<i>Et si in signo Tauri.</i>	129
<i>Et si in signo Geminorum.</i>	129
<i>Et si in signo Cancri.</i>	129
<i>Et si in signo Leonis.</i>	129
<i>Et si in signo Virginis.</i>	130
<i>Et si in signo Libræ.</i>	130
<i>Et si in signo Scorpionis.</i>	131
<i>Et si in signo sagittarij.</i>	131

<i>Et si in signo Capricorni.</i>	131
<i>Et si in signo Aquarij .</i>	132
<i>Et si in signo Piscium .</i>	132
<i>De Venere quando est dispositrix eclipsis.</i>	132

De Mercurio in quolibet signo .

<i>De Mercurio quando est dominus eclipsis , & in quolibet signo, & primo in signo Arietis .</i>	133
<i>Et si in signo Tauri .</i>	134
<i>Et si in signo Geminorum.</i>	134
<i>Et si in signo Cancri .</i>	135
<i>Et si in signo Leonis.</i>	135
<i>Et si in signo Virginis .</i>	136
<i>Et si in signo Libræ .</i>	136
<i>Et si in signo Scorpionis .</i>	137
<i>Et si in signo Sagittarij .</i>	137
<i>Et si in signo Capricorni .</i>	137
<i>Et si in signo Aquarij .</i>	138
<i>Et si in signo Piscium .</i>	138
<i>De Mercurio quando est dispositio eclipsis .</i>	139

De Luna in quolibet signo .

<i>De Luna quando est eclipsata in quolibet signo , & quid in primis 10.gr. & quid in secundis, & ultimis 10.gr. cuiuslibet signi signis. & primo in signo Arietis .</i>	139
<i>Et si in signo Tauri .</i>	140
<i>Et si in signo Geminorum ,</i>	141
<i>Et si in signo Cancri .</i>	141
<i>Et si in signo Leonis .</i>	142
<i>Et in signo Virginis .</i>	143

Et

<i>Et si in signo Librae.</i>	144
<i>Et si in signo Scorpionis.</i>	145
<i>Et si in signo Sagittarij.</i>	145
<i>Et si in signo Capricorni.</i>	146
<i>Et si in signo Aquarij.</i>	147
<i>Et si in signo Piscium.</i>	148
<i>De Luna quando est dispositrix eclipsis.</i>	149

De quolibet signo in Prima.

<i>De quolibet signo quando reperitur in prima domo, & hoc in eclipsibus, coniunctionibus magnis, & reuolutionibus annorum mundi, vel dicta eclipsis, & coniunctio magna fuerit in quolibet signo, & quid in primis 10. gr. & quid in secundis, & ultimis decem gradibus, cuiuslibet signi, & quid significat quando incipit eclipsari à parte Septentr. & quid à parte Merid. & primo in signo Arietis.</i>	150
<i>Et si in signo Tauri.</i>	151
<i>Et si in signo Geminorum.</i>	152
<i>Et si in signo Cancris.</i>	153
<i>Et si in signo Leonis.</i>	154
<i>Et si in signo Virginis.</i>	155
<i>Et si in signo Librae.</i>	156
<i>Et si in signo Scorpionis.</i>	156
<i>Et si in signo sagittarij.</i>	158
<i>Et si in signo Capricorni.</i>	159
<i>Et si in signo Aquarij.</i>	159
<i>Et si in signo Piscium.</i>	160
<i>De significationibus specialibus duodecim domorum.</i>	162

<i>Locus eclipsis luminarium, vel locus coniunctionis magnæ,</i> <i>quando accidunt in qualibet 12. domorum quid signi-</i> <i>ficoant, & primo in prima domo.</i>	164
<i>Et si in secunda domo.</i>	164
<i>Et si in tertia domo.</i>	164
<i>Et si in quarta domo.</i>	165
<i>Et si in quinta domo.</i>	165
<i>Et si in sexta domo.</i>	165
<i>Et si in septima domo.</i>	166
<i>Et si in octava domo.</i>	166
<i>Et si in nona domo.</i>	166
<i>Et si in decima domo.</i>	167
<i>Et si in undecima domo.</i>	167
<i>Et si in duodecima domo.</i>	168
<i>Figura eclipsis Luna, qua fuit in anno 1345. sicut dici-</i> <i>tur ab Haly Rodan.</i>	168
<i>Iudicium, seu significatum factum per dictum Haly in</i> <i>supra dicta eclipsis lune.</i>	169

F I N I S.

Errata quomodo restituantur.

In Epistola, vers. 4. vtranam, vtra, nam.
 Folio 5. vers. 11. Particulariter, Partiliter. fol. 6. v. 17. opposit. octo
 Fol. 6. v. 18. opposit. octo. Fol. 42. v. 20. Minuta vera, Minuta
 vere. Fol. 51. v. 27. Venus dominus, Venus domina.
 F. 54. v. 7. si iguoretur, si ignoretur. Fol. 56. v. 10. Haly, Haly.
 F. 60. v. 7. Præcedentis, Præcedenti. 93. v. 2. sefalis, sextilis.
 F. 97. v. 19. ventrium, ventrum. 112. v. 22. Arridiores, Aridiores.
 F. 128. 10. Dominus eclipsis, domina eclipsis. Ibid. v. 12. domi-
 nus eclipsis, domina eclipsis, Ibid. v. 14. dominus eclipsis, domina
 eclipsis. 160. v. 24. sponsalia sponsalia. F. 169. v. 1. Hali, Haly.
 P. 171. v. 16. vtilis, vniuersalis. F. 172. v. 9. participabat, partici-
 pant.



